



00056339

THE  
**ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY**  
TOWN HALL, BOMBAY-400 001.

Digitized with financial assistance from the  
Government of Maharashtra  
on 15 June, 2016





GENEROSSISSIMO & NOBILISSIMO  
V I R O  
D I D E R I C O

BARONI DE BAER, ADSCRIPTO NOMINE DUCATÙS  
GELDRIAE CONSESSU POTENTISSIMORUM ORDI-  
NUM GENERALIUM FOEDERATÆ BELGICÆ, ADES-  
SORI JUDICIÆ, CUI IN VELAVIËNSI AGRO CURA  
SALTUUM ET REI VENATIÆ EST COMMISSA.

**M**itio Tibi Septimum Malabaricu[m] hori Tenui, quem tuum allega-  
tus causa publicæ rei apud extremos Lomanius Indos agi, meo  
jussu Amsterodami ediderunt, qui & priores tomos publicarant  
Bibliopolæ. Nenam mortalium hoc manus accepimus quam Tibi  
accidere posse, mihi est exploratissimum. Novi Te curas  
& sollicitudines, quas maximas sustines in rerum publicariorum  
procuratione, detergere quaeque incundissimo spectaculo siorum &  
fructuum, quos fert hortus ille. Thus venustus & per quam delicateus. Qui ergo non  
possunt non grati esse tam elegantia rerum pulchrarum spectatori, quas Tedes omnia  
procreatrix ex fecundo frugifero effundit benignissime, cor mira & Europæis adhuc invisa  
arbore & fructus, qui in ultimis Indorum terris præveniunt, quinque fidem faciunt, vix  
aliam gentem esse, cui largius exquisitissima munera indulserit Natura, quam Malabaræ.  
Ne non dicam quam omnis, tam severioris, quam amerioris & pectorioris do-  
ctrinis cultor, & quanta cum dilectione genus omne Approrum, qui non varia Musis &  
Oratibus sunt, præterquam copiosissimam instruas Bibliothecam Hortu-  
is iste Malabaricus non dubitet quod & locum sit inventurus in tam illustri Musæo. Pre-  
terea nec studiis officiatis sed, que semper columnas religiose, quaque nos de dum  
inxerunt artificiis, non possa sunt hoc amictia monumentum, ad omnem posteritatis  
memoriam duraturum, Tibi dimitus debere. Poteris credo, hoc tibi persuadere nibil,  
quamvis longissime iam sibi a yerbis remotus, memoria Tui mihi carius & incundius esse.  
Quod ut hic proficer in oculis orbis terrarum, sic semper, quandocunque dabitur, fa-  
cilius, testatum faciam, esse me.

Generosissimo Nomini Tuo.

56339

addicendum & observandum

PT 81<sup>(contd)</sup>

HENRICUM VAN RHEDA,  
TOT DRAEKESTEIN.

56339

N. 2. II

AD

56339

# ABRAHAMUS à POOT M.D.


L. B. S. P.



Andem, post alios, HORTI MALA-BARICI cura in me devoluta est: furtatis verborum lenociniis animos captare, multum jactare, montes polliceri, arenam dare, meum non est; *Septimam* tibi tradimus *Partem*, *Odavam* daturi, modo vitam protrahat Deus. Tu interim, C. L., fruere nostro labore ac vale.



00056339



Ardisia elliptica  
Lam. ex DC.  
Gardn.-pap.  
W. & G. Smith  
A. C. Smith



P A R S   S E P T I M A.

H O R T I  
M A L A B A R I C I,

D E  
V A R I I   G E N E R I S

F R U T I C I B U S   S C A N D E N T I B U S.

N A T S   J A T A M;  
N A T S   J A M - C R O A;  
A U T  
B A T T A   V A L L I.

## T A B U L A   I.



*Atsjatām*; apud Bramannes *Garundo-Pala*; Lusitanos, *Fruita eMatta Peire*; Belgis, *Waterquaad*, frutex est, cuius *folia*, in brevibus ac viridibus surculis, plura proveniunt, formâ cordis, anterius cuſpidata, vel etiam obtusiora, superficie plana, lenia, texturâ duriori, in parte anteriori ex fusco viridia, adversâ, diluta & furda, saporis subamari. *Flores* in racemis oblongis viridiорibus hinc inde ex crassioribus erumpunt ramis, pedunculis brevioribus albicantibus insidentes: monopetali, quinque partiti, candidi, exteriora versus reflexi, apicibus flavis aspersi, odoris sambucini. *Gemmae* rotundæ, virides. *Fructus* conferti, petiolis crassis, ex racemis oblongis cubitalibus pendent, ex albo virides, uvæ rotundæ formam referunt; primò albi, dein rubri, ad maturitatem proiecti, nigri; nascitur in arenosis circa *Warapoly*, *Ange-*

## H O R T U S

*caimali* & aliis locis, semper virens. Integra Planta cum gingibere trita pannoque oblita, pedum clavos tollit. Radix cum bubuli fæcibus & arundine Indica concremata, per modum fumigii, idem præstat. Fructus capiendis piscibus & amovendis pediculis inferviunt.

## T A B. I.

Nobilissimus Dominus à Rheede primus est, qui perfectam nobis hujus plantæ dedit descriptionem & delineationem, quoquot enim ante de illa dixerunt, formam ignoravere, ut videre est apud Matthiol. lib. 3. Epis. pag. 136. Italis vocatur *Cuculo Indiano* & *Galuzza di Terante*; Pharmacopæis, *Cocculus Indi*. Casp. Bauhinus in Pinac. nomen dedit *Coccule officinarum*; *Cordus* in suis Commentariis in *Dioscoridem*, *Solani farinosi* fructus, nec abionum, cum *Solanum* enim generi-

bus non male convenit. Secundum notas geneticas doctissimi Raji, *Hist. Plant. Tom. I. lib. 13. part 2. cap. 21.* species *Solanum*, Flores Monopetalii, quinque partiti aut stellati sunt, apicibus in umbilico oblongis, &c. cum quibus figura florum justè convenit; commode etiam, nostro judicio, inter illas referri potest. De ufo & opinione variorum Authorum, vide Joh. Bauhin. *Hist. Plant. lib. 3. Cap. 155.*



T S F E.



Tjeru-Caniraon L.

دَلْهِيَّةٌ مَلِكَةٌ

جَنْوَهُ كَفَعَهَرَمْ



*Vallisneria* L.

وَالْمَنْدُوبُ الْمَنْدُوبُ

وَالْمَنْدُوبُ الْمَنْدُوبُ

وَالْمَنْدُوبُ الْمَنْدُوبُ





# M A L A B A R I C U S.

*T S J E R E U - C A N I R A M*

V E L

*T S J E R O U - C A N S J E R A M.*

T A B. II.



*Sjereu-Caniram* Malabarenibus, Bratmannibus  
*Tilo-Caro*, Lusitanis *Fruita Pardo pequeno*, Bel-  
gis *Klein Kraan oog*, species est *Caniram*; *ramis*  
rotundis, lignosis; *cortice* ex viridi fusco,  
ligno albicante, medullâ viridi. *Folia*, ob-  
longo angusta in cuspidem acutum desinen-  
tia, in furculis propriis, ex brevibus proveniunt pedun-  
culis, crassa, solida, superficie glabra, saporis amari &  
ardentis. *Flores* monopetali quadripartiti, in furculis fo-  
liosis extuberantes, petiolis viridibus, bini ac terni trans-  
versim erumpunt, & racematis excrecentes, numerum  
plerumque duodenarium implent, gemmæ speciem re-  
ferentes, ex viridi albicantes, anterius strieti, cuspidati  
stelliformes, exteriora versus reflexi. *Stylus* viridiusculus,  
cum sua gemmula viridi, in medio eminet, stamina nul-  
la, nec calix, odoris expertes. *Fruktus* baccæ rotundæ ex  
viridi fusca, cuspidem breviorem in vertice gerentes, in-  
tus nucleum album habent, saporis subamari. Nascitur  
circa *Poiga*, *Castello* & alia loca, semper virens, floret tem-  
pore pluviali. Succus ut & *Tsjetti Mulla*, ulcerosam sca-  
biem & artuum dolores tollit.

*VALLI*



## VÁLLI-CÁNIRAM.

## T A B. I I I.


Ui Frutex Malabarensibus *Válli-Cániram*, Brämannibus *Roma-Válli-Caró*, Lusitanis *Fruit Pardao da Serra*, Belgis *Klein Kraan oog* dicitur; species est *Cániram* seu *Nucis vomicæ*, nascens in declivi montium; circa *Paracavo* & alia loca. *Radix* fibrosa est, saporis amari. *Cauliculi* tenues, rotundi, virides: *cortex* amarus. *Folia*, hinc indè ex tenuibus petiolis viridi dilutis provenientia, oblonga sunt, ad pediculum rotunda, anteriora versus in cuspidem contracta, superficie plana ac glabra, parte superiori nitentia, ex fusco viridia, adversà communis viroris, saporis amari & sylvestris. *Flores* fasciatim in longiusculis ac viridi-dilutis petiolis, ex basi foliorum nascuntur, monopetali parvi, flavi, trifoliati, rotundâ orâ in cuspidem contracti. *Stamina* in medio sex, parva, ex flavo albicantia, nigro apice interius notata, inferius foliolis valde parvis in orbem cincta. *Gemmae* rotundæ ex viridi flavescent; apertæ, oblongæ sunt & flaviores. *Fruktus* oblongo rotundi, parum plani, inferiori parte constricti & angusti, primum virides, dein flavi, minus stricti, crassiores & formâ magis oblongo rotundi; decidente flore racematum proveniunt, septem vel octo; officulum in se continent oblongo rotundum, strictum, superficie asperum, coloris primùm candidi, exsiccatum ex rufo fusci, saporis in totum amari. Floret mense Majo, Junio & Julio, semper frondens. Morbum curat sacrum. Decoctum foliorum, pustulas & ulceras tollit, externè nempe applicatum. Folia trita, idem præstant. Succus cum oleo *Coqui Indici* ana paptes æquales con-

B

coctus,

6. H O R T U S

coctus, capitis & dentium dolores mitigat, spontaneam corporis lassitudinem tollit; cum cera ad unguenti consistentiam redactus, ulcera gravia & inveterata sanat. Radix trita & aqua *Oryzae* permixta, humores pituitos ex-tenuat.



S C H E -

*SCHÉRU-VÁLLI-CÁNIRAM,*

V E L

*S FÉROU-VÁLLI-KAN S FERA M.*

T A B. I V.

**S**chéru-Válli-Cániram, Bramannibus Davo-Roma-  
Cáro; Lusitanis *Fruita Pardao Trapadeira*; Belgicè *Klein Klimmend Kraanoog*, species est  
*Cániram*. *Radix* longa, crassa, fibrosa; *cortex*  
cinereus, subdulcis; *ignum* subamarum.  
*Caulis* crassus, tortuosus ad altitudinem duodecim pedum  
assurgit, ramos quatuor cubito longiores transversim ejiciens,  
cortice viridi, cinerea & scabra crusta obducto. *Rami*,  
duri, lignosi, cortice ex viridi fusco, nitente, longioribus,  
viridibus, spinosis eminentiis minutis, saporis amari. *Folia*  
furculis ramorum, ac etiam spinosis eminentiis, petiolis  
brevibus & viridibus insident, oblongo rotunda, anterius  
contracta & in cuspidem desinentia, crispa, texturâ  
crassiori, densa, superficie, plana, anteriori parte fusco  
viridia, nitentia, amara. *Flores* monopetali, supra originem foliorum,  
in brevibus viridibus petiolis spicatum  
proveniunt, exteriora versus quadripartiti, reflexi. *Stylus*  
viridi dilutus cum capitulo viridi fusco in medio  
eminet; *stamina* quatuor parva, tenuissima albicantia,  
flaviusculis apicibus dotata. *Fructus*, qui bini ternive  
petiolis parvis insident, baccæ sunt oblongo rotundæ, spi-  
culâ parvâ in vertice eminentes, primò virides & nitentes,  
tum flavi, saporis subamari. *Nucleus* in oſſiculo albus,  
nucis

nucis gustum refert. Nascitur circa *Panani*, *Catour* & alia loca; semper viret, florens tempore pluviali. Succus cum oleo decoctus & capiti impositus humores pituitosos elicit.



SCHÉRUS



*Schizanthus litoralis* Schlecht.  
var. *scandens* Lindl.

Pl. 7 Taf. 4.

*Schizanthus litoralis* Schlecht.

63-3022 801 1310. M.

شیزانثس لیتوالیس  
کالالیس کالالیس

कालालीस ब्रा.





Tijeri - Latu - valli - Ceniram Lsc.

எட்டுவளைத்துப்பூ - Mal.

Kari

कारी Ben.

جعفر والي قماح جعفر

①



*SCHÉRU-KATU-VALLI-CÁNIRAM,*

V E L

*T SFERU-KATU-VALLI-KAN SFERAM.*

T A B. V.



*Cheru-Katu-Valli-Cániram*, vel *Tijéru Katu-Valli-Cániram*, Malabarense; Bramannes *Davo Cáro* dicunt; Belgæ *Wild Klimmend Kraanoog*, species est *Cániram*. *Rami* cinericæ sunt. *Folia* obscuro viridia; *Flores* monopctali, quinque partiti; *Fruktus* curtis pedunculis ramis insident, globosi, deformes, minores quam *Cániram*, cortice glabro, maturi primùm flavescent, exinde rubescunt, Arantiorum instar, carne intus mucilaginosa, oleosa ac viscida, ex rufo viridi flavescens, tribus quatuorve gaudens cellulis, in quibus includuntur *Semina*, formâ pene ut *Cániram*, parum oblonga, plana, albicantia, culpidata, quorum pulpa durior, nervosa, transparens. *Fruktus* amari, *semina* minimè. Nascitur in insula *Baybyn* & intra *Cochien* & *Poaha* semper virens. Floret mente Augusto; *Fructus* mense Januario leguntur; contusi & capite impositi, maniacis profundit. Radix trita cum pipere, diarrhæam fistit & ventris cruciatuſ; cum olco cocta & illita artuum dolores lenit.

T A B. I I. I III. I V. V.

Omnis has species nostra Author sub cognomine *Cániram* descripsit, cuius etiam mentio in prima parte hujus Horti facta. Nostram vero

animadversionem in partem hanc facit, ubi de vero *Cániram* latius, illi tenuerit occasio.

C

*SCHÉM-*

Schimbra - nelli

Le.

શિમ્બ્રા નેલી

લે.

શિમ્બ્રા નેલી


અનુષ્ઠાનિક

નેલી

અનુષ્ઠાનિક

નેલી

અનુષ્ઠાનિક






## S C H E M B R A V Á L L I.

## T A B . V I.

**S**Chembra-Valli; linguâ Brâminum *Rana-Diacq.* Lusitanorum *Ovas dos Bugios*, Belgarum, *Ape Druiven*. *Radix* nodosa quatuor quinqueve crassas diffundit propagines, molles, aquosas, exterius nigricantes, intus albescentes, postea magis magisque rubescentes, saporis aquei ast parum acrioris. *Caulis* tenues, lignosi, nodosi, lanuginosi, sub lanagine virides. *Folia* in nodulis longiusculis, rubescientibus, crassiolis petiolis prodeunt, anterius cuspidata, in margine denticulis incisa, anteriori parte viridi fusca, nitentia, candida lanagine obfessa; exteriori viridia, splendida. *Flores* racematin in petiolis crassis, rigidis, rubris, lanuginosis, è nodulis foliorum oriuntur ac claviculos emittunt. *Gemmae* primò virides, dein ex viridi diluto albescentes & flavescentes; et autem flos monopetalus, quinque partitus, cuspidatus, rubeus, exteriora versus reflexus; gemma media subrubra, apice rubro in vertice notata: staminula quinque subrubra, flavis apicibus dotata, intra folia & medium gemmam orientes, è medio foliorum eminent. *Fruetus* uvæ planè rotundæ, initio virides, post hæc nigræ, crassiori tunica, medullâ succulentâ, acidâ, intus quatuor trilaterata habentes granula, circa tunicam rotundiora, de cætero plana, coloris dum immatura sunt, subflavi & nitentis, nucleo albo instructa, saporis subamari & astringentis. Circa *Oedcampere*, *Candanata*, & aliis in locis invenitur. Continuo floret & fruget, semper virens. Succus cum olco mixtus


Icte-

Icterum oculorum tollit. Radix trita, cum oleo & lacte  
*Coqui-Indici*, pustulas, carbunculos & apostemata sanat;  
Succus radicis cum sanguine, catharticum est, humores  
pituitosos evacuans.



VAL.







## VALLIA-PIRA-PITICA.

## T A B. V I I.



*Allia-Pira-Pitica* Malabarenses; *Catulama* Brāmannes; *Uvas d'Eliphanti* Lusitani; fruticem hunc nominant; Belgæ *Mansdruiven*. *Caulis* crassus, nonnihil viscosus, adstringens, ex viridi fuscus. *Folia* in pedunculis oblongis, crassis, ex viridi fuscis, tortuosis ac rigidis, intus fulco profundo striatis, ampla sunt & tricuspidata, ad pedunculum semi rotunda, profunde excisa, rigida, aspera, fractu facilia, anteriori parte fulco viridia, posteriori magis diluta, ubi & costæ ramosæ plus solito eminent, saporis subamari, astringentis. *Flores* racematum provenientes; monopetali sunt, quinque partiti, cuspidati, ex viridi albantes. *Stamina* quinque tenuia, apicibus albicantibus dotata: *Stylus* cum capitulo albicans. *Fructus* uvæ prægrandes, rotundæ, virides; intus pulpa succulenta, adurens, duobus vel tribus acinis instructa. Pro loco sibi eligit densa nemora in *Paroe Mangatti* & aliis locis, plerumque flores & fructus habet.

## T A B. V I I.

Duae hæ species sunt ex genere uvarum sylvestrium & inter vites recenseri debent, nam secundum earum notas genericas sunt *Frutic. scandent. baccifer*, foliis deciduis non spinosis, capreolis seu claviculis instruti, fructus racematum gerentes; quamvis nos Author non dicat quod folia annuatim decident. Differentia enim Climatis mutatio-

nem infert; in India & praesertim Bitavie, secundum enarrationem *Nicuwova* in suo *Itinerario*, pag. 227. vites semper virent, & diversi temporibus maturos proferunt fructus, ut sub illo calidiori celo pluribus plantis accidit; nergo pro vite sylvestri habemu. Vide *Rijum Method. Plantar. Fol. 46.*



D

VAL-



Malva-Tigeri-nelli L.  
ମାଲ୍‌ବା ଟିଗରି ନେଲ୍‌ ଲୀ  
ମାଲ୍‌ବା ଟିଗରି ନେଲ୍‌ ଲୀ  
ମାଲ୍‌ବା ଟିଗରି ନେଲ୍‌ ଲୀ



## V A L L I A - T S F O R I - V A L L I.

## T A B . V I I I .

**A**llia-*Tsjóri-Válli* apud Malabarenses, frutex est Bramannibus *Sjorallo*; Lusitanis *Uvas de Tove*, Nostratis *Pimperling* dictus. *Radix* lenta est & admodum fibrosa, cortice nigricante, intus ex ruffo albicante: *Cauliculi* rotundi, teneriores, virides, geniculati, asperi, claviculati. *Folia* in surculis asperis ex geniculis radicum oriuntur, terna, quaterna, ac etiam solitaria, oblonga, angulis acutis eminentia; texturâ crassa, densa, plana, glabra, anteriori parte fusco viridia, adversâ diluta, surda; sapor lacinans & adurens. *Flores* in surculis foliaceis racematin videntur, parvi, monopetali, quadripartiti, cuspidati, ex viridi albicantes. *Stamina* quatuor flaviuscula, nodolosa. *Gemmae* albicantes, planæ. *Fructus* uvæ rotuudæ, grandiores, racemati, primo virides, exin albicantes, eburneæ. *Caro* mucilaginosa, transparens. *Acini* oblongi cuspidati, bini ternive in distinctis cellulis separati, pelliculâ albicante arcte obtecti, unâ parte convexi, alterâ plani, duriores, ex ruffo rubescentes; saporis in totum lacinantis. Nascitur in *Berkercour*, & *sylvis* densis, semper frondens. Flores mense Junio & Julio; Fructus Octobri & Novembri leguntur; asthamati convenient.

Tejori-villi

ତେଜୋରି ବିଲ୍ଲି

ଶାରସବିଲ୍ଲି

Serbari-villi

ଶାରସବିଲ୍ଲି





## T S J O R I - V A L L I.

## T A B . I X.

 *Sjori-Valli*; lingua Braminum *Cerberi-Valli*, Lusitanorum *Uvas D'ajofare*; Belgarum *Plat Pimperling*. *Radix* carnosa, albicans, humida, viscosa, transversim incisa, striata, fibrosa. *Caulis* viridis, viscosus, intus carnosus, clavicolatus. *Folia* serrata, crassiora, mollia, glabra, lenia, striata, in brevibus fulcatis conspicuntur petiolis. *Flores* racemati; monopetali, quadripartiti, ex rubro-fusci. *Stamina* quatuor, subflava, apicibus dotata, stylum medium arcte amplectentia. *Fructus* uvae plano rotundæ, eadem forma ut *Belutta Tsjori-Valli*, primo virides, tum albantes & nitentes, dein rubescunt & cærulescunt, ultimò ex fusco in totum nigrescunt. *Caro* viscosa est & mucilaginosa, succo rubro cæruleo repleta; Officula triangularia sunt, quorum duo latera plana, tertium rotundum, rubescientia. Locus nativitatis est *Aroer* & *Montan*. Ex foliis cum medulla *Nucis Indicæ* contritis, fit unguentum contra Colicam. *Radix* in aqua Orysæ cocta & expressa, ulceræ sanat.





*BELÚTTA-TSJÓRI-VÁLLI.*

## T A B. X.




*Elutta-Tsjóri-Válli*; Bramannes vocant *Cérbéri-Válli*; Lusitani *Uvas d'Aljafare Macho*; Belgæ *Pimperling Manneken*, species *Tsjóri-Válli*; eadem *radice gaudens*. *Cauliculi* rotundi, pilosi, intus lignosi, fragiles, claviculari. *Folia* ex adverso clavicularum prodeunt, in medio unum, ad latero duo, tria, quatuor, imo quinque, oblongo rotunda, cuspidata, ferrata, pilosa, aspera, anteriori parte ex viridi fusca, saporis acrioris & ardentis. *Flores* monopetali, quinque partiti, racematin ex parva & viridi fusca gemma oriuntur, odoris expertes. *Stamina* quatuor parva albicantia, juxta orbitæ ambitum crumpunt, flaviusculis apicibus instructa; *Stylus* brevior è medio centri emicat. *Fruktus* racematin pendent, uvarum instar, formâ rotundo plani, spiculo muniti, in principio virides, postea albicantes, eburnei, splendentes, mollem, unctuosam ac pelludicam carnem continent, sapore admodum acri; officula unum, duo, quatuorve, una parte rotunda, alterâ plana; nucleus ex cœruleo albicans. *Repoli* & aliis in locis invenitur. *Folia* matura cum rasura *Nucis Inaicæ* scabiem tollunt; cum oleo mixta & concocta vulnera sanant; succus calci admixtus, populas curat.

*Hedysarum - rilli* L.

Apfel - rot - blau

جبل طارق

कात्तुला





## S C H U N Á M B U - V Á L L I.

## T A B . X I.



*Chundmbu-Valli*, Malabaricè; Bramannibus  
*Cáda-Valli*; Lusitanis *Uvas d'Emfermos*; Belgis  
*Snoepdruiven*. *Radix* admodum fibrosa, fila-  
mentis contexta & albicans, plures emittit  
caules virides, hinc inde velut calce seu  
farinâ albâ aspersos, nodulosos, clavicolatos, molles,  
albissimo succo instructos. *Folia*, longis ac tortuosis  
petiolis è nodulis prodeunt, vel caulinis transver-  
sis insident, grandia, oblongo-angusto-cuspide mucro-  
nato, tenuia, fragilia, anteriori parte fusca, adversa ni-  
tente, male olentia. *Flores* racematis in caulinorum  
transversorum superiori parte visuntur, monopetalii, qua-  
dripartiti, albicantes; gémmae parviusculæ, stylum in  
medio habent, stamina nulla. *Fruktus*, primùm oblongo  
rotundi, virides; posthæc rotundi, valde nigri, nitentes,  
molles, succulenti, unctuosa carne repleti; saporis inten-  
sissime fervidi. *Oſiculum* ex cinereo nigricans est &  
rotundum; nucleus ex albo cœruleus. Ubique locorum  
invenitur modo densa adsint nemora. Ex palmitibus ejus  
corbes conficiuntur in quibus edulia reservantur, unde  
nomen *Cada-Valli*, nam *Cada* Bramannibus corbem notat.  
Insigne medicamentum hic frutex est; succus expressus  
cum oleo coctus, ac formâ emplastri adhibitus crassos  
digerit humores. Decoctum cum saccharo, in febribus  
ardentibus & pleuritide summo cum fructu exhibetur:  
Aqua ex trunco stillatitia cum saccharo idem præstat, tu-  
fum lenit, sanguinem purificat, vomicam pulmonum  
F curat.

curat. Radix trita & aquâ cocta odontalgiam amobet & foetorem gingivarum: cortex tritus incarnationem ulcerum promovet.

## T A B. VIII. IX. X. XI.

Omnis hæ species, ad genus hederæ per- | enim, *Fragaria hispida scandens*, non spinos. tinent, & inter illud recenseri debent; sunt



SMO.



Melastomaceae  
Malabaricae  
Malabaricae  
Malabaricae

Malabaricae  
Malabaricae





*M O L A G O - C O D I .*

## T A B . X I I .

**M**olagò quatuor sunt species: *Molagò - Codì*; *Cattu - Molagò*; *Cattu - Tirpalì*; *Capò - Molagò*. Bramannes *Mirì* vocant; Lusitani *Pimentæ*; Belgico Idiomate *Peper*; Piper est rotundum, Radice fibrosa, nigricante; Caulis rotundi sunt, virides, lignosi, duri, nodosi, ex nodulis novos hinc inde caulinulos ejicientes. Folia quæ brevibus, crassis, viridibus & interius striatis petiolis ex nodulis erumpunt, oblongo rotunda, anterius cuspidata, in medio latissima, texturâ crassiori & solidâ, superficie planâ, viroris anteriori parte fusci & nitentis, exteriori clari. Flores spicati in petiolis viridi dilutis conspicuntur, monopetalii, circa extrema tripartiti; Gemmae viridi dilutæ & flavescentes, intus acinum parvum, viridem, ac in vertice nigricantem, rudimentum fructus, habent. Fructus, acini rotundi, racematis in petiolo viridi, viginti imo triginta simul proveniunt, primum virides & æquali superficie, dein rubri; ad maturitatem perducti decerpuntur, solique per septem octove dies exponuntur, à quo tempore cortex nigrescit. Semel quotannis floret hæc planta, vèl etiam bis, si vigetior est, mense Julio; quarto mense post flores, colliguntur fructus. Nascitur per totam Malabariam. Cortice nigro ablato fit piper album: Colitur per fragmenta ramorum terræ intrusa. Folia & fructus saporis sunt acrioris, vegeti, sicci. Tota hæc planta in pulverem redacta ac cum butyro cocta, pustulis aurium confert. Radix trita & in aqua communi decocta, pro lavamento oris adhibetur, catharros enim & gingivæ affe-

affectus tollit. Fructus tritus cum aqua calida sumptus, febri ardenti in morbo sacro medetur ; dolores ventris ac flatus discutit , podagram tollit. Oleum ex pipere destillatum , tenue est , valde clarum & flavescentes , leuem piperis odorem spirans , saporis parum acris.

## T A B . XII.

*Melago Cada*, vel *Piper rotundum nigrum* apud *Bauh.* in *Pinac.* a *Zanonio* in suo *Catalogo Melog* dictum, recte quoad formam & figuram hic à nostro Authorē describitur & exhibetur; qui & differentiam inter *Piper nigrum* & *album* accurate an-

notavit, cum varii ante illum Authorēs hic hallucinati sint , excepto *Pisone* in sua *Manissa Aromaticā* , ibi enim *Lada plantain hanc & Molanga*, sive *Piper Aromaticum* dicitur, nominat & pluribus de ea tractat.






*Cissus micago* Linn.

திட்ட சூதி தூர்ப் Mal.

فَاعْلُوْجُوكْ مُكْلُونْ كُنْجُورْ

Arab.  
Persian





## C Á T T U - M Ó L A G O.

## T A B . X I I I.



Alabarenſium *Cáttu-Mólago*; Bramannum *Davo-Miri*; Lusitanorum *Piementa-Domato* eſt; Belgæ dicerent *Witte Peper*; planta plana sylveſtris, nec unquam apud Indigenas pro pipere venit, insipida nempe eſt, quamvis quo ad formam cum vero pipere maximè conveniat. *Caules* ſunt virides, ſtriati, minus lignosi. *Folia* ex geniculis cauliū oriuntur, ad petiolum fulcatā, oblongo anguſta, parum rotundiora, lata, textura crassā, dura; virorū interius fuſci, exterius clari. *Flores* iidem, ut & fructus, ſed maiores, ſemel quotannis florens. *Sucus* ut & *Cáttu-Tirpalī* ſimul expressus cum butyro ſumptus tuffi convenit.

## T A B . X I I I.

Figura *Cáttu-Mólago*, impreſſa eſt, flores | *Pipere ſenimeo Pifonis* convetire videtur  
enim & fructus deſunt, non malè autem cum





## C A T T U-T I R P A L I.

## T A B. X I V.




*Attu-Tirpalī*, tertia species est Mólago, Bra-  
mannibus *Bipali*; Lusitanis *Pimenta Longa*  
dicitur; Belgicè *Lange Peper*. *Radix fibrosa*,  
*nigricans*. *Caules rotundi*, virides, nodulati,  
minus lignosi, novos hinc inde ejiciunt  
furculos clavicolatos. *Folia circa nodos caulum*, lon-  
gissimis internè striatis petiolis erumpunt, formā ut Cáttu-  
Malogo, ast longiora, minus cuspidata, fuscoris viroris  
quàm Molagò-Codì, circa basin incisa, texturā valde  
tenui & molli, superficie lenia, viroris in recta parte  
fusci, in sinistra clari; differunt à Cáttu-Mólago, quod  
cum costa media duæ vel tres aliæ tenuiores excurrant,  
quarum inferior arcuato ductu nervulos transversos ver-  
sus marginem emittit, utrinque eminentes. *Flores mo-*  
*nopetali*, quinque vel sex partiti, arctissime fructibus  
insidentes, qui oblongo rotundi sunt, spiris obliquis pa-  
ralellis in superficie ex diversis partibus striati, in spirarum  
intersectionibus veluti parvis rotundis foliolis scutiformi-  
ter obducti; inter spiras gemmæ apparent quibus flores  
insederunt, eminentes & nigricante puncto notatæ,  
primò ex viridi flavæ, carne intus ex flavo albicante; dein  
viridi fuscæ, carne viridi fusca; maturæ & siccæ ex ci-  
nereo nigricantes. In fructibus transversim dissectis in-  
terstitia videntur, in quibus semina oblonga & nigrican-  
tia continentur. Colitur multis in locis, semel quot-  
annis, tempore nimirum pluvioso, floret. *Piper tri-*  
*tum*

tum affectibus oculorum & febribus intermittentibus  
in servit.

## T A B. XIV.


*Piper longum Orientale* juxta Bauh. in Pinac. Non tandem in hac figura, quod Fructus planta adhuc vidente delineati, atque ideo tam crassi & pleni sunt; exsiccati enim multo tentiores & longiores, ut videre est apud Clusium in Expositis lib. 1. Cap. 20. Piso in Manissa Aromaticâ Cap. 8.

figuram nobis exhibet cuius folia non bene depicta, unicam enim in medio tantum costam habent, cum revera quinque sint quae ad marginem usque excurrent; apud Clusium aquae viaria, quando cum hac nostri Authoris comparatur.



BEET.





Beeda-ardh L.  
ବେଡାର୍ଦ୍ଧ ପାତା ମେଲ  
Cinchona officinalis L.  
ପାନଦାଳୀ ମେଲ



## B E È T L A - C O D I .

T A B . X V .

**N**Alabarensum *Beètla-Codi*, Bramannum & Lusitanorum *Beètla*, notissima illa apud omnes exterios herba *Bethel* est, quæ per totam Indiam supra Oryzam & frumentum comeditur, ac maxima cum cura excolitur. *Radicem* habet fibrosam; *Caules* virides, rotundi, glabri, nodulati, supra nodulos extuberantes. *Folia* petiolis longiusculis, crassis, interius striatis, ex nodis caulium proveniunt, oblongo-rotunda, cuspidata, texturâ crassiora, mollia, glabra, viroris fusci & nitentis; saporis astringentis; majora nullius sunt usus; minora quæ in tenris transversis surculis nascuntur mollia sunt, & cum *Areequa* addito momento calcis ab indigenis quotidie manducantur, saporis subacris & grati, labia & salivam colore rubro tingentia; si minus calcis addatur saliva ex flavo fusca est, sapor astringens & nonnihil aduersens; sin plus minus rubra, ardens. Genus est *Areèque*, Malabarensibus *Schorikema-Adeca*, Bramannibus *Areèqua-Bebed*: hoc est, inebrians dictus; medulla interior rubens cum *Bethel* mansa cerebrum offendit; cum radice vel fructu *Bellaca*, vel cortice *Elengi* & *Olla-Pulli* &c exigua quantitate calcis salivam tincturâ rubrâ implet. Est & peculiaris species *Beètla Codi*, sed rarer, cujus folia saporem garyophillorum æmulantur. *Flores* monopetalii, quinque, sex, septemve partiti, in brevibus petiolis ex nodis erumpentes proveniunt, albi, at cum exsiccati sunt nigri; capitula odoris sunt amœni, cum tempore magis magisque viridesentia.

T A B . X V .

Casparus Baubinus fruticem hunc *Tembul*, *Arice-*  
*ma Tambul*, *Garzia* ab Horto Betre, *Clujus Betle* no-  
minavit. Conspecies est *Piperislongi*. Differentiam  
inter folia *Piperis* & *Bethel* doctissimus *Fabius* de-  
monstravit ut & *Ant. Recchius* in suis Annota-

tionibus in *Nardum*, cap. 3<sup>o</sup>. pag 876. ubi prolixè  
de eo tractat; neino autem meliorem unquam  
delineationem exhibuit, præter nobilissimum  
Do. *van Rheede*.

H

A.D. 1710.

Amelago L.

ඩු ගෙරුවල මල.

Léonard exal





A M Ó L A G O.

T A B. X V I.

Ui frutex Malabarenibus *Amólago*, Bra-  
mannibus *Mirisso*, Lusitanis *Pimento Ma-  
cho*, Belgis *Peper het manneken* vocatur, species  
est Malógo; *Caulibus* rotundis, geniculatis, in  
exortu internodiorum erumpentibus. *Foliis*  
ut Mòlago, sed spissioribus, virore saturis,  
odore Piperis, sed minus vegeto. Loco florum virides  
habet ligulas, ad longitudinem extensæ manus, bullulis  
cuspidatis obsitas; duobus albicantibus apicibus, qui postea  
nigrescunt, instructus, saporis acris & aromatici. Nasci-  
tur in sylvis *Couroer* & aliis locis. Floret tempore pluvioso.  
Nullius est usus.

T A B. X V I.

*Amólago* species sylvestris est *Piperis longi*; & se- | les species porro recensentur. Vide *Casp. Barth:*  
cundum nostrum Authorem extra usum. Simi- | *Pin. lib. XI. sect. 3. pag. 412.*

C 4.

Kau-Kau-Wall. L.


B. J. & M.

Gah

West. Br.

قَاعِعْ

Ash.





## K A T U - K A R A W A L L I.


## T A B. X V I I.



*eAtu-Kara-Walli* Malabarenses; *Fasil & Sato*:  
*Val-Gali* Bramannes; *Fruita Patao* Lusitani;  
*Salk-Doorn* Belgæ hunc fruticem nominant;  
*Ramos* habet rotundos, geniculatos, gemina-  
tis supra geniculos oblongis, cuspidatis,  
lignosis spinis instructos; spinæ teneriores in  
tenerioribus ramis, superius surgunt; in densioribus re-  
flexæ sunt. *Folia* geminata transversim in geniculos infra  
spinas proveniunt, oblonga, in cuspidem stricta, tenuia,  
interiori parte lenia, viroris nitentis, exteriori in qua ex  
costa media, laterales obliquo ductu egrediuntur ac extu-  
berant, scabra, coloris diluti & surdi. *Flores* supra ex-  
ortum foliorum, proxime ad spinas in petiolo brevi &  
nonnihil lanuginoso pendent, monopetali, quinque par-  
titi, cuspidati, coloris viridis ac flavescentis: ex foliorum  
intersticiis quinque apices fusci emicant; in medio stylus  
est, ad pedem lanagine alba obductus, cum capitulo fla-  
viusculo in vertice; nullius odoris. *Geminæ* virides.  
*Fruetus* iidem cum *Walli-Kara*. Nascitur cirra *Klein-Mangatti* & aliis locis sublimioribus: semper vel flores vel  
fructus habet & extra usum est.

## T A B. X V I I.

Frutex hic commode inter species *Rhamni* ponitur.



Valle-Rica Spec.

Nov 20 1938 Ad.

Cante.

5700 ft. Briza

البلقان Ad.



## V A L L I K A R A.


## T A B . X V I I I .

**V**alli-Kára Malabarenses, *Fruita do Cao*, Lusitani, *Hondsbesen* Belgæ dicunt; frutex est sinuosis ramis se arboribus affigens ac circumvolvens. *Radix* cortice rubro sanguineo & cinereâ cuticula crustatus, lignum habet album, interius ex cæruleo rubescens. *Stipes* è radice exiens crassus, lignosus, cortice cinereo, intus medullâ albicante fungosâ gaudens; surculi vetustiores etiam cinerei, cortice viridi, teneri spadiceo fusci, villosa & mucilaginosa lanugine induiti. *Folia* ex petiolis longiusculis, tenuibus, viridi dilutis ac muscosis pendent, adversâ parte lenia & villosâ, interiori brevissimis pilis instructa; odoris, cum teruntur acuti & non ingratii. Cum costa media utrinque lateralis prodit; exteriori parte eminentes. *Flores* supra originem foliorum spiratim in brevibus petiolis cernuntur, monopetali, quinque partiti, exteriora versus reflexi, suntque gemmulæ rotundæ, muscosæ, ex viridi flavescentes; circa discum flavelcentem quatuor fœse brevissima erigunt stamina, singula suis nodulis flavis dotata, ac farinaceo rore aspersa; odoris grave olentis. Post deciduos flores sequuntur *Fruitus*, globuli virides & muscosi, cortice, cum vetustiores sunt, ob punctula eminentia aspero, intus viridi, bini mutuo uniti, ac in vertice transverso communi ex ruffo fusco umbilico consuti & striati; intus unicum rotundum & totam capiactatem replens, semen habent; quod cortice sic-


siccato ac fisco sponte prodit. Natale solum est prope *Cochin* circa *Paloerti*, & in aliis locis, semper florens vel frugens. Semen cum oleo & croco coctus, rabidi canis morsum frustra facit, modo in tempore adhibeatur.

## T A B. X V I I I.

*Valli-Kara* pertinet inter *Fruit. baccif. scandentes*, à nemine quod sciam descriptus, inter *Solanum* species recenseri posset, ut *Dulis-Amara*. Vide | Doctissim. *Rajnu Histor. Plant.* Tom. I. lib. 13. part. 2. Cap. 21. de *Solanis*.







Poo-kurudu L.


పూకుర్దు మల.

valli-amidu-valli

వల్లిఅమ్మతయాని Bm.

جعفری مکری، حنفی، art.

Pec-americana





## P E E - A M E R D U .

T A B . X I X . X X .

**P**ee-Amerdu apud Malabarenses, quem Brannanes *Vallu-Amerdu-Valli*, & *Genam* nominant; Lusitani *Trapadeiræ de Ceo*; Belgæ *Windwortel*, species Amerdu est. *Radix* fibrofa, capillata, cortice rufo-fusco, intus lignoso, æque intra ac extra terram, imo funiculo suspensa, & aëri exposita, non tantum crecit sed & floret & fruget, quod etiam nudi faciunt rami. *Caules* ac surculi rotundi sunt, tortuosi, lenti, flexiles, teneri virides, albicantibus & veluti lanuginosis pilis obtiti; vetustiores cortice exteriori cinericco, interiori vi-ridi, filamentis intus lignosis albicantibus seu flaviusculis, laxis, carne fuscosa ac mucosa interpolati, pertexti, tam è superiori quam inferiori parte radicis propagantur, primò ut tenuissima filaments, molles, flexiles & cinc-reo virides; de hinc ad pollicem crassi. *Folia* hinc inde ad caulum seu ramorum flexuras, petiolis oblongis, rotundi-oribus, pilosis, ad exortum parum extuberantibus, pro-veniunt, formâ lata, anterius cuspipe angusto & ol longo eminentia, ad petiolum sinuosa, & pilis, maxime in ad-versa parte vestita, lanuginosa, in anteriori pili alteriores sunt, texturâ laxâ & fragili. Costæ tam media quam laterales adsunt, posteriori parte eminentes. *Flores* in petiolis viridi dilutis, supra ex origine foliorum prodeunt, numero plures, tenuissimis ac viridi dilutis & albicanti-bus pedunculis; monopetalii, tripartiti, parvi, nitentes, in medio tenui venulâ striati; in medio quasi rosa specta-tur, in qua sex stamina albicantia emicant, nodulis flavis & ruffis, quæ in gemmis albescunt. *Gemmæ* rotundi-res, superne non nihil planæ, ad petiolum strictiore, virides; nullius odoris. *Fructus* racematum spectantur. c terni pedunculis brevioribus, transversis, viri diluti, flavescentibus insident & ex singulis floribus oriuntur,


K

ob-

oblongo rotundi, primum virides, post flavescentes, dein corallini ruboris & nitentes, intus viscido, moscoso humore repleti, non semper æque magni, sed differentes: in medio officulum habent grande, oblongum, parum complanatum, scabrum & exasperatum, primum albicans, dein nigrescens: Nucleus albus est. Nascitur in *Warapoli* & *Mouta*, semper florens & frugens. Balneum ex hac planta & *Nela-Panna-Scelengu* præparatum abscessus inveteratos curat: Folia cum *Carique de Bengala* & *Caraga* mixta, vel cum cortice *Alu* & *Sergelim* in lacte vaccino cocta, exanthemata resolvunt. Pulvis ut & nuclei *Mangæ-Saltæ* fissuras pedum consolidat; cocta cum aqua *Oryzæ* pedum ulcera mundat.







*Acanthus lae.*  
Ding & Ml.  
*americus - rilli*

अमेरिकनी बा.  
جھٹّ سمرپنچ  
Anthr. Ind.



## C I T . C A M E R D U .

## T A B . X X I .

 *It-Amerdu*, species Peè.Amerdu, nihil differens, nisi quod flores & fructus sint minoris. Decoctum cum summo fructu in febris ardentibus, arthridite, & ietero adhibetur, vires reficit. Ex succo & *Colutpe* ac *Tirra-tali* cum laetè balneum antiispaimadicum præparatur. Tenerrima folia cum *Eamacciam* & laetè trita, linimentum dant in Phlegmone & Erysipelate. Succus, ut & *Mulcenti*, *Tsjéru-Pulla* & *Ulinja* expressus, puris generationem præpedit & ulcera sanat. Succus caulinum ablato cortice, cum laetè & aqua decoctus, & ad siccitatem evaporatus, ac oleo foliorum de *Enfermo* mixtus, linimentum Antiarthiticum est: cum saccharo potus cachexiam tollit; cum Pipere longo pituitæ intemperiem; cum saccharo & pipere longo bilis dyscrasiam & morbum articularem corrigit.

*Gnetum scandens* (Flora)

Perey Tab. 22.





## U L A.

## T A B. X X I I.

**V**erba, Bramannes *Oulasso* vel *Macuda Ganolli*; Lusitani *Fruita Femacho*; Belgæ *Harhaar* dicunt; *Ramos* habet lignosos, albicantes, duros geniculatos, nodosos, extuberantes; cortex exterior niger est & cinericeus maculis hinc indè notatus, interior viridis, tener. *Folia* ex furculis rotundis, viridi fuscis, geniculatis gemina, decussato ordine, oblongo rotunda, textura spissa & solida, superficie plana & glabrâ, anteriori parte fusco viridia, nitentia, exteriori virore satura, parvis & crassioribus pedunculis, interiori parte planis proveniunt; *Florum* loco sunt ligulæ oblongæ, rotundæ, piper oblongum referentes, annulis nigris seriatim interstitiæ, in interstitiis viridi dilutæ; annuli tenuissima, brevissima, nigra habent staminula, apicibus minutissimis & viridi dilutis dotata; ex geniculis ramorum vel solitariæ vel tres simul erumpunt; floret mense Januario; staminulis decisæ parvæ virides gemmæ, circa annulos in orbem prodeunt ac in *Fructus* excrescunt, formâ exactè oblongo rotundi, in vertice minutissimum cuspidem habentes, calice viridi fusco & crasso: caro interior ex viridi albicans, nucem oblongo rotundam in se continet, duro putamine, pilosam ac hirsutam; nucleus ex albo flavescit, quem membrana albicans interius ambit, saporem refert castaneæ ac inter edulia recensetur. Nascitur circa Calicut & in aliis locis.





## P E E - U L A.

## T A B. X X I I .

**D**ee-Ula , Bramannes *Gangoli* & *Oulaflani* ; Lusitatini *Penacho Macho* dicunt ; nostrates *Harlaar Manneken*. Frutex est radice lignosâ longe prorepente , ligno duro ex albo flavescente, medulla ruffa cum tenui corticula teneri & squammosa. Rami nodosi, cortex spadiceus , vetustior ex cinereo fuscus , circa lignum ex viridi flavescens , ipsum lignum albicans. Folia passim geminata ac etiam quaterna , in nodis ramorum brevibus petiolis , interius lato sulco striatis, proveniunt ; oblongo rotunda sunt , crassa spissa & solida , superficie plana & glabra , viroris fusci & nitentis , in parte aduersa dilutioris. Gemmae rotundæ sunt , superne in cuspidem strictæ , ex viridi fuscae. Flores , supra originem foliorum in ramis oblongis racematis proveniunt , & pedunculis parvis viridibus appendent , ex viridi diluti , oblongi , passim octo petalis cuspidatis constantes , exterius quatuor oblongioribus & viridi dilutis stelliformiter expansis , interius similiter quatuor albicantibus & obtuse cuspidatis , quæ singula inter duos cuspides externos interjacent , intus flavo circulo signati. Stamina sex vel octo habent pro numero petalorum , albicantia , croceis apicibus instructa : stilus oblongior , crassior ac viridi dilutus ; marcescentibus floribus stamina rubescunt. Fructus nulli: usus huc ulque incognitus. Nascitur circa *Bellange* & in aliis locis , florens tempore pluviali.

## T A B. XXII. &amp; XXIII.

Quamvis hæc due plantæ idem cognomen habent , tamen nulla inter illas convenientia , ni- sticae diff. sint ; sed in descriptione A + notri acquiescentes , de illarum uer + gine superiectimus


Sep. 20, 1867

Berg. Tab. 24

*Bafella* L.  
var. *mel.*

*Wili*  
var. *brou.*

*Kie* Sch.





## B A S E L L A.

## T A B. X X I V.



Rutex qui Malabarenibus *Basella*; Bramannibus *Wali*; Lusitanis *Bredo-Tali*; Belgis *Beetklim* dicitur. *Caules* aquei sunt, ex una parte virides, alterâ versus solum ex purpureo rubescentes. *Folia* in pedunculis crassis, brevioribus, interius striatis & viridi dilutis proveniunt, ampla, cuspide obtuso. *Cofæ* in adversa parte crassæ, viridi dilutæ & albantes. *Flores* cyathiformes, tetra vel pentapetali, inferius ex viridi albescentes, superius ex purpureo rubescentes. *Stamina* quatuor vel quinque; quorum apices in medio russi. *Fructus* caulinis insident, supra exortum foliorum, numero sex, septem vel octo, suntque baccæ plano rotundæ, quatuor quinqueve rotundioribus interstitiis instructæ, primò virides, maturæ ex rubro nigricantes & nitentes, saporis aquei subdulcis; intus carne succulenta, cuius succus expressus, tincturam ex purpureo rubram præbet. *Ossiculum* in medio albicans, in quo nucleus albus. *Lignum* cum foliis tritum carbunculos aperit; inter edulia habetur; *Colitur* in hortis.

## T A B. X X I V.

*Basella* haec Zanonio *Basila* dicitur. Semen *cus* ex fructibus expressus commendissim <sup>pro</sup> A. 1685. ex Ceylon transmisum, in horto *miniatuра utitur*. Planta haec longeva est, ind Medico Amstelodamensi, plantam produxit; quam cauissime pro frigore conervans. non sub Beta sed Bryonia recenseri potest. Suc- rum figura in delineatione plus debito mag-



farinosa Willd.

Pl. 7 Tab. 15.

Picaria farinosa

Farinosa L.

ଫରିନୋ ମ୍ଲ.

ଫରିନୋ ମ୍ଲ.

ଫରିନୋ ମ୍ଲ.



*CURINIL vel CURIGINIL.*

T A B. X X V.

 *Urinil vel Curigil Malabarenses; Thali & Kennapa Bramannes; Crica da Velba Pequena Lusitani; Klein Hondepint Belgæ dicunt. Species est Perim-Curigil; vide descriptionem Tab. 24. Part: 6. Surculos habet rotundos, geniculatos, in geniculis nonnihil extuberantes, intus lignosos, cum corculo viridi. Folia in geniculis geminata, decussato ordine videntur in petiolis oblongis ac flaccidis, oblonga, cuspidata, texturâ mollia, flaccida, superficie planâ & glabrâ, viroris in recta parte saturi, in adversa dilutioris odore & sapore destituta. Costa media ex viridi albescens & in adversâ parte cminens, plures laterales emittit. Flores fasciatim proveniunt pentapetalii ex albo flavescentes, exterius virides, interius candido, lanuginoso uncinulo vestiti; in medio globulus est rotundus, quinque staminibus parvis succinctus. Nullius sunt odoris. Florum Gemmæ oblongo rotundæ, in vertice albicantes. Fructus oblongi sunt, cortice viridi claro, carne albicante subhumida, saporis subamari; ossiculum in se continent durum & albicans, quod nucleus album includit, cuius sapor subamarus & nonnihil adstringens. Natale solum est insula Baypin, semper frugens. Foliorum succus loco balnei adhibetur, adversus tumorem quem Malabarenses Tsjádeunir, nuncupant; radix in aqua oryzæ cocta & pro potu usurpata, idem præstat.*





## C U R I G I T A L Y.

## T A B. X X V I.

**C**urigi-Tali; apud Bramannes *Tali* dau *Kemmapi*,  
Lusitanos *Crica davelba Trapadeira*; Belgas  
*Groot Klimmend Hondepint*. *Taly* species est,  
nascens in arenosis præfertim in *Angiecaimal*.  
*Radix* fibrofa, profunde se demittens, cor-  
tex nigricans & maxime rubicundus. *Ca-*  
*liculi* lignosi cortice fusco ex radice prodeunt hinc inde  
in nodulos protuberant. *Folia* ex surculis lateralibus bina  
proveniunt, tertiumque in vertice emittunt, oblongo  
rotunda, cuspidata, superficie glabra, texturâ densiori,  
ex viridi fusca. *Costa media* in utraque parte cminens,  
nervos aliquot annulari ductu producit. *Flores* in petiolis  
tenuibus plures congregatim convenient, penta vel hex-  
tapetalii, oblongo rotundi, cuspidati, candidi, odoris  
expertes. *Stamina* in medio plura, tenuia, parva, albi-  
cantia, apices crassiores ac ex flavo albicantes habent.  
*Fructus* oblongo rotundi, nonnihil incurvi, & in parte  
convexa sutura striati, primum virides, ex in rubescentes;  
unicum semen in flaviori membrana continent, oblon-  
gum, planum, convexum. ex cinereo fusco rubescens.  
Succus foliorum cum lacte ebutyrato, & chalybeato, hæ-  
morroidibus medetur: *Fructus* in febribus malignis, ad  
sedandos ardentissimos calores adhibentur.

## T A B. XXV. &amp; XXVI.

Fructuum formam si species pro specie *Perim-* | tum differant. Semina autem q |  
*Curigil part. V I. pag. 43. Tab. 24. descriptum* | fuit magna ex parte conveniunt, |  
haberi possunt, quamvis in aliis partibus mul- | rentia quamvis non ita |

*Pala-vira* L.

assess. Mel.

*Tee* und.

et Br.

*Morinda umbellata*





## P A D A - V A A R A.

## T A B . X X V I I .

**R**utex quem Malabarenses *Pāda-Vāra*; Bramannes *Rana-Vali & Macadapola*; Lusitani *Fruita Macanda*; Belgæ *Macande* vocant; species, vel ipsa *Adapilava* parva; part. i. descripta, est. *Radices* ex tuberculis supra terra repentes, hinc inde prodeunt, fibrosæ, cortice croceo. *Stipes* ad altitudinem quatuordecim pedum exsurgit, brachii crassitiem habens, cortice cincereo. *Caulis* nodulati sunt ac rotundi, teneriores ex cincere virides, vetustiores plane cinerei, viridem corticem tegentes. *Folia* bina transversim erumpunt, oblongo rotunda, angusta, cuspidata, solida, densa, glabra, saporis subdulcis, sed diutius masticata, linguam parumper laciniantia. *Cofta* media ab utraque parte eminens, plures minores obliquo annuleo ductu emititt. *Flores* in summitate surculorum supra originem foliorum, quatuor ex uno nodulo, quinque petiolis erumpunt, ac in singulo petiolo, quinque, sex, septemve numero proveniunt, suntque parvæ, gemmæ sine calice, tetrapetala, exterius viridi dilutæ, interne longis ac candidis pilis in totum obfitæ. *Stamina* in medio quatuor brevia, tenuia, cum apicibus albicantibus. *Stylus* crassior, viridis, in medio eminet, ex capitulo plano, viridi, quod primordium fructus, originem ducens. *Fructus* qui sex, septemve congregatim in summitate caulinum conspicuntur, baccæ sunt plano rotundo, ex flavo, ubi ad maturitatem pervenire, rubescentes, exterius in cortice sex septemvc cancellis notatae, ex quorum singulis ocellus subflavus extuberat;

Caro

*Caro* intus densa, flava ac humidior, saporis dulcis, lingua supra folia, lacinans, numerosa ossicula ex flavo alblicantia, plana oblonga & angusta in se habet, putamina duriori, nucleo albicante. Succus expressus & haustrus intestinorum tormina tollit. Nascitur circa *Parue* & in aliis locis; fructus mense Januario maturi.

## T A B: X X V I I

Error est quod plantā hęc species *Cada-Pilava* latius videre est in annotationibus ibi adjectis, quoniam nulla inter illas cōfidentia prout vis.



ON-



Urgala L.


2009 w 22 Med.

Bendah

2578 Bas.

N.S. وَعْدَةٌ Arch.

Pannospia venusta





## U N F A L A.

T A B . X X V I I I .

**N** Alabarensum *Unjala* vel *Unbala*; à Braman-nibus *Bendarli*; à Lusitanis *Fruita Tanão*; à Belgis *Duimkruid* vocatur; frutex est na-s-cens in terris *Betimené*, *Calgolano* & alibi, semper virens, florens tempore pluviali; frugens mense Octobri & Novembri. *Folia* in pedunculis, ex viridi flavescentibus, trina, quaterna, imo quina proveniunt, oblonga, crassa, rigida, in cus-pidem contracta. *Flores* in summitate ramorum race-matim spectantur, quini, seni & plures, brevibus insi-dentes petiolis; gemmæ rotundæ sunt & virides, plani, capitulo albicante instruicti, pentapetalæ, cuspidatæ, in-teriorius carne viridi, transversim disiectæ, stellam referunt, saporis subacris & aromatici. *Fructus* floribus succedentes, ex rotundo plani sunt & compressi, cortice crassiori & duriori ex viridi flavescente; unicum tantum semen, planum, rotundum ac albicans, continent, in cuius meditullio pellicula rotunda, tenuis, albicans & trans-parens; saporis subamari. *Vires* adhucdum incognitæ.

O

ITTI-





## I T T I - C A N N I .

## T A B . X X I X .

**H**Rutex *Itti-Canni*; apud Bramannes *Medecanni*; Lusitanos *Fula Moriaca*; Belgas *Prikbou*; ramos habet quadrangulares, geniculis hinc inde interstitiis distinctos, coloris cinerei. *Folia* ex geniculis ramorum, petiolis longis, crassioribus, interius planis provinentia, oblongo rotunda sunt, textura crassiori coriacea, non-nihil rigida, fragilia, fracta gratum odorem spirant, saporis subamari. *Flores* ad exortum foliorum plures congregati in uno petiolo visuntur, flavi, pentapetalii, oblongo & flavo collo, intus subtilissima flava lanugine; ex cuius orificio plura staminula emicant, flava, tenuia, sine apicibus, quorum aliqua in vertice bifida. *Gemmae* florum oblongae, ex una parte nonnihil inflexae, vertice obtusiori, coloris flavi. *Foliis* florum marcescentibus ex ipsa florum basi *fructus* nascuntur, rotundi, globosi, in vertice in angustum se stringentes, coloris ex viridi flavi; in medio cavitas est, nucleum rotundum, album ac parvum, saporis amari in se continens. Nascitur supra arboresque ac *Maravarai*, continuo radices emittens in corticibus arborum, nunquam in terra; semper virens, & flores vel fructus habens; natale solum circa *Cochien* & in multis aliis est locis, in densis nemoribus & proceris arboribus. Radicis cortex dentes figit.

## T A B . X X I X .

Species *Caprifolii* vel *Periclymenii* hic frutex est.



Tiri-Jau-Canni

तिली त्रिंशु नाम

جھریٰ طہنْ خاتنی



## T I R I T T I C A N N I.

T A B. XXX.




*Iri-Itti-Canni* Malabarensum; Bramannum  
*Satayo*; Lusitanorum *Fula da N'airā*; Bel-  
garum *Smiltbont*; planta est in corticibus  
crassiorum & vetustiorum arborum initium  
sumens, sicut *Itti Canni* & omnes species  
*Maravara*. *Rami* cortice cinereo ac crassis  
nodulis hinc inde extuberant, circa nodos spinis gemi-  
natis, acutis & ex adverso oppositis muniti. *Folia* in pe-  
dunculis brevioribus, crassis emergentia, oblonga sunt,  
textura crassiori, spissa ac solida. *Flores* in communibus  
petiolis, oblongis solitarii, bini, ternive ex nodulis ra-  
morum spicatum erumpunt, seriatim dispositi, pentape-  
tali, coloris aurancei. *Stamina* in illis conspicua quinque  
brevissima, apicibus albicantibus dotata. *Gemmae* rotundæ  
eundem ut flores colorem referunt. *Fruktus* nulli, nec  
vires.

Kari-Vilandi L.

கரிவிளாடு மல.

فَارِينْ وِيلَانِي

Arab.





## C A R I V I L L A N D I.

T A B . X X X I.




*Ari-Villandi*; Bramannes *Carapu* dicunt; Lusitani *Raiz da Boba*; Belgæ *Pokbou*; nascitur in planis & arenosis locis inter *Calicolangen* & *Cranganoor*, & per totam *Malabariam*, floret tempore pluviali, frugens mense Novembri & Decembri, semper virens. *Radix* crassa, lignosa, dura, hinc inde fibras tenues lignosas ac rigidas spargit, coloris terreo fusci. *Rami* tenues, nodosi, duris, acutis, viridibus, ac inferiora versus incurvatis spinis instructi, hinc inde capreolos ejiciunt. *Folia* in surculis ac pedunculis brevioribus, crassis, viridibus, interius sulcatis proveniunt, oblongo rotunda, anterius brevi cuspidé, rigida, texturâ fragili, viroris in recta parte fusci & nitentis, in adversa dilutioris, odoris nullius, saporis subastrigentis. *Costæ* in adversa parte eminent, subtilioribus ac transversis venulis intertextæ. *Flores* hinc inde in surculis foliosis, fasciati conspicuntur, nodulum ceu capitulum petioli in vertice pedunculis brevioribus & incurvis circumfidentes, hecta petali, quorum tres interiores valde angusti & stricti, exteriores non item, sed in medio venula striati, decuslatim interpositi; in medio stamina eminent viridia, sex albis ac inflexis apicibus instructa; nullum odorem habent. Post flores sequuntur *fructus* parvi, circa capitulum petioli, fasciatim dispositi, subrotundi & nonnihil oblongi, vertice parum stricto, primò virides, dein subnigri, intra corticem unicum tantum semen continentes, saporis expers. *Radix* cephalica cum *Gingibere* & *Circuma*, panno oleo Sergalini tincto inspersa, per modum suffimigii capitis dolores mitigat; cum *Glyrrhisia*, cortice *Caniram* & succo *Tamarindorum*, loco balnei adhibita, idem præstat, ut & in olco cocta & capiti inuncta vel auribus immissa. *Concretus* radicis

dicis bulbus cum Curcuma tritus & in oleo sergalini coctus, catharrorum fluxum impedit; cum gingibere vel pipere, oleo foliorum de Emferno, vel melle intinctus eundum habet effectum. Loco vero Salsaparillo Peruviano à Lusitanis usurpatur.

## T A B. X X X I.

Smilax haec aspera nostri Auctoris, pro spe-  
cie Zalfaparillo habetur, ac ejus loco apud Ma-  
labarenses optimo cum successu in usu est, sicut  
& omnia genera *Smilacis Aspera*, in illo tertio  
conveniunt. Secundum relationem plerorumque  
Botanicorum: hujus plantæ diversæ inveniuntur  
species; vide *Rechium Hist. Plant. Mexic.* lib. 8. Cap.  
41. *Piso* in sua *Historia Natur. Bras.* lib. 4. cap. 65.

duas species enumerat sub titulo *Ivapecanga*, quæ  
non male cum *Macapalli-Paralta Rechii* convenit,  
& huic *Cari Villandi* quam maximè assimilatur,  
exceptò quod capreolis careat secundum notam  
characteristicam doctissimi *Raij* in *Hist. Plant.*  
*lib. 13. p. 2. cap. 3.* quorū Lectorem nostrum  
removemus.




WAT-



*Watton-valli* Linn.

م ٣٢٧٩٣٩ Mel.

وطف قلبي Arab.





## W A T T O U - V A L L I.

T A B . X X X I I .



Alabarensum *Watton-Valli*, à Bramannibus  
*Maroi*; à Lusitanis *Torige*; à Belgis *Penshout*  
 vocatur. *Caules* rotundi sunt, virides ac glabri.  
*Folia* in petiolis oblongis, crassioribus, in-  
 terius fulcatis prōveniunt, mollia, lenia,  
 viroris pleni, saporis subamari, odoris gra-  
 vioris. *Flores* fasciati erumpunt in communi petiolo,  
 pentapetali, viroris ex flavo diluti, interius punctulis  
 nigricantibus adspersi; in meditullio globulus conspicitur,  
 capitulo viridi instruētus, quinque angularis, viri-  
 di vena striatus, quinque foliolis parvis, rigidis, viridi  
 dilutis stipatus, odoris subgravis; nascitur circa urbem  
*Cochin*, floret tempore pluviali; semper virens. *Fruktus* raro  
 inveniuntur. *Radix* funiculosa est longe lateque se dis-  
 persens, saporis amari. *Folia* cum cortice *Lanjae* con-  
 trita ulcera inveterata exsiccant: Cortex cum Sandalo &  
 Muliebri lacte in formam noduli adhibitus, præstantissi-  
 mum Causonis remedium est.

Q

T f A

Tijagere-Naren L.

పెత్తలిత్తుర్రాజు Mel.

Carundi

కార్ది B.

جاقرندی فوجم انہ





## T S A G E R I-N U R E N.

## T A B . X X X I I I .

**T**ageri-*Nuren* Malabarenses; *Carandi* Bramannes; *Grabo/a* Lusitani; *Keylen* Belgæ: dicunt, frutex est, cuius *radix* ut raphani Hispanici; *Caules* tenues, rotundi, glabri, spinosi, perinde ut *Nuren-Kelengu*. *Folia* in petiolis oblongis, terna proveniunt, interiori parte viridi fusca & surda, adversâ glabra ac nitentia, costulis albicantibus, quæ in adverfa parte eminent, obsita. *Flores* fert nulos. *Fructus* plures congregati spectantur in petiolis oblongis, ad exortum foliorum erumpentes, ad longitudinem pollicis, triangulares, in vertice cuspidem ferentes, virides & cineræ lanugine amicti, ad petiolum conversi; singuli anguliduos vesiculas seminales continent, cartilaginoso sepimento sejuncti, in quibus unum vel duo reperiuntur semina oblongo rotunda, plana, subruba, sepimento accumbentia, tenui membrana instructa. Præter fructus, verrucas ceu spurious habet fructus, oblongos, scabros ad pedem foliorum quasi oppositos, è quibus perinde ac è radice & semine nova planta exsurgit. Natale solum est *Cotate* & alia loca, semper virens & frugens. *Folia* millepedum morsui mendentur. *Radix* cocta pro balneo usurpata vel potu assumta hæmorrohides sanat.



Kata-Nuren-Kelingú L.

திசுக்காலி திருப் பல.

كاظفه توهم خضرانغا  
Arab.



## KATU-NUREN-KELENGU.

## T A B. XXXIV.



*Atu-Nuren-Kelengu*; apud Bramannes *Dava-Karandi*; Lusitanos *Grabosa rodonda*; Belgas *Keylen met ronde wratten*; species *Katu*, ceu *Nuren Kelengu*; nascitur in petrosis terræ *Candanate & Cotate*; *Radix magna & crassa* instar *Bryoniae*; *Caules spinosi*. *Folia* sena, quina, quaterna vel trina in uno petiolo. Præter verrucas bulbosas, intus carne densa, aquea, viscida repletas, quæ caulis circa exortum foliorum insident, nullos habet fructus, semper novas propagines antequam terram attingant, ejicientes. Ignoti usus.

R

N V.



Nuren - Kelengú. L.

କୁଳାଳିଆସ ମ୍ଲ.

نورن خوار لانجھو  
Noren - Kelengú. Anb.

କୋଣେ ବ୍ରା.



## N U R E M - K E L E N G U .

## T A B . X X X V .

Rutex, qui Malabarenibus *Nurem-Kelengu*; Bramannibus *Connetti* & *Tilo Carandi*; Lusitanis *Grabosa Ovada*; Belgis *Ey-Keylen* dicitur. *Radix* ut *Katu-Nuren-Kelengu*, sed major. *Caules* spinosi ac tenues. *Folia* ex petiolis, intus striatis quina proveniunt, minora quam præcedentia, texturâ tenui, plana, glabra. *Cofla* media plures transversales emittit, nervulis instructæ, adversam foliorum partem cancellatim pertexentes. *Flores* ut *Kattu-Kelangu*, in vertice fructuum pentapetali, coloris flavi, dein nigricantes, qui umbilicum fructus constituant; & *Fructus*, sed minores; præter illos & alii visuntur, plures simul provenientes, virides, oblongi, triangulati, in unoquoque angulo faba valde plana & compressa. Est & alia species *Nuren Kelengu* cum priori conveniens, præter quod folia tantum trina prodeant, & fructus oblongo angustiores sint. Nascitur in terris *Angecaimael* & ubique locorum, semper viret, floret, fruget & verrucas habet, inter edulia recensetur; in medicina nullius usus.


Kara-Karejil L.

83 Spec. No. 11.

Karenji

करेजी ब्राह्म.

کارے جیل سبل





## K A T U . K A T S F I L.

T A B . X X X V I .



*Atu Katsjil; Bramannibus Karendi; Lusitanis Grabosa & Fruita Barruga; Belgis Munniks Keylen;* species est *Tsjagari Nuren*, respectu radicis, fructuum, & verrucarum, quæ & totam producunt plantam. *Caulis tenuis, nonnihil lignosus, se invicem sinuose amplectentes.* *Folia petiolis longis, angulatis & interius fulcatis, ad exortum nonnihil extuberantibus, insident, oblonga, mollia, lenia, tenuia, ex uno latere longius exorrecta, lato sinu ad petiolum profunde incisa.* *Cofa media, quatuor alias annulari ductu emittit, in adverba parte eminentes.* *Flores nulli.* *Fruetus plures congregatim proveniunt, triangulares, angulis late extensis ac valde extenuatis, in unoquoque duo reperiuntur semina in se invicem decumbentia, sine ullo intersepto, rotunda, plena, lata ac tenui rotunda pellicula circumcincta, primum viridia deinde ad spadiceum vergentia.* Præter hosce etiam fructus habet spurios, caulinis supra exortum foliorum insidentes, ut in *Katu Kelengu*, spadiceos, cortice scabro, carne densa, circa corticem viridi, intus albicante: humor nonnihil viscidus. Nascitur in densis nemoribus circa *Candanata* & *Oedampere* & alibi. Fructus mense Septembri maturescunt, semper virens. Radicis de coctum cum pulvere radicum *Chinæ* ulcera mundificat & sanat.


Kara-Kelengia L.

كَارَ كَلِنْجَى م. ل.

قَطْعَةُ الْأَنْجُو م. ل.

Carando

كَارَانْدَو ب. م.





## K A T T U - K E L A N G U .

T A B . X X X V I I .

**M**Alabarensium *Kattu-Kelangu*; Bramannum *Carando*; Lusitanorum *Fruita burruga penachofo*; Belgarum *Pluymkeylen*, species est *Nuren Kelengu* vel *Kalangu*. *Radix* major & crassior est exterius ex spadiceo nigricans, hinc inde tenues emittens fibras, intus carne albicante, subflava, densa, humida, nonnihil unctuosa & laxis filamentis pertexta, saporis aquei, odoris nullius, longæva ac semper de novo surculos emittens. *Caulis* tenues, rotundi, duris acutisque spinis hinc inde obsiti, geniculati, inferius nigricantes. *Folia* instar cordis humani, ad petiolum profunde incisa, plana sunt, glabra, lenia, mollia. Cum *costa* media utrinque tres transversales, ductu valde obliquo, excurrunt, venis transversis, in adversa parte nonnihil extuberantes concomitatae. *Flores* plures in petiolis brevioribus supra exortum foliorum spicati oriuntur, suntque gemmulæ parvæ, nullum fructum dantes. Cum hisce simul proveniunt *Fructus* rotundiſculi, irregulares, triplo vel quadruplo grandiores quam *Nuren Kelengu*, cortice tenui & subamaro, intus carne densa, solida, humida, unctuosa, subflava, saporis aquei, nullum semen habent; semper viret, florens mense Julio & sequentibus. Nascitur circa *Cochien* & in multis aliis locis. *Fructus* à plebe comeduntur. *Radix* cum *Croco* mixta & apposita crurum tumores dissipat; succus foliorum cum urina vaccæ dolores aurium fistit.



Kasjil - Kelengi

0.1 x 0.1 x 0.63 m.

Roni

करोन

قَاحِنْ قَارِنْخَى  
Qahin Qarinxi



## K A T S J I K E L E N G U.

T A B. X X X V I I I.




*Atsji Kelengu.* *Caules* habet quadratos , vi-rides , amgulatos , alatos , crispatos , ac in alarum ora nonnihil rubescentes , geniculis interstructos , intus lignosos . *Folia* in geniculis geminata & ordine decussato in pedunculis oblongis quadrilateratis proveniunt , oblonga , lato sinu excisa , mollia , lenia , viroris in recta parte faturi . *Costa* media utrinque tres laterales emittit alatas , candicantes & nitentes , venulis transversis sub-rubescientibus intertextas . *Flores* nulli . *Fructus* cortice spadiceo , interius sanguineo rubri , carne densa , albicante , viscida , caulis ad exortum foliorum insident , suntque velut radices , quæ folia ut & novellos foliorum caules emittunt , & radiculas ceu fibras albicantes , ubi terræ in-cumbunt , fundentes . Foliorum succus scorpionum morsui medetur . Radicis pulvis cum *Catu-Panna-Kelengu* , ulceribus malignis summo cum successu inspergitur ; fotus loco adhibiti idem præstant .

T A B. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.

Frutices hi species sunt *Buitatti sylvestris* , à ne- | A°. 1686 ex Ceylone transmissi . Radices ibi-  
mine unquam , quod sciām , descripti ; omnes | dem à porcis & aliis animalibus comeduntur .  
in Horto Medico Amstelodamensi inveniuntur ,

T

ERI.



Erima - taly L.

Adonis Mal

Ereb Tegz Ad.



## É R I M A - T Á L I.

## T A B. XXXIX.

**M**Alabarensum *Erima-Tali*; Bramannum *Dou Parvati*; Lusitanorum *Raix da solteira* est; Belgæ vocant *Kreefthout*. *Radix* longe lateque se circa terræ superficiem dispergit. *Caules* rotundi sunt, tortuosi, cinerei, muscosi, spadicei. *Folia* pedunculis brevioribus, interius striatis, ex viridi flavescentibus & muscosis erumpunt, oblongo rotunda, texturâ crassa, spissa, solida. *Costa* media in adversa parte eminens plures subtiliores venas, in adversâ parte extuberantes producit; nec odorem, nec saporem habent. *Flores* in oblongis petiolis, plures congregatim & racematim conspicuntur duplices, pentapetali, interiores primò candidi & nitentes, dein cum nitore flavescentes. Exteriores ex ruffo rubescentes, incisi, in medio plicâ striati; in orificio apices candidi, lati, foliosi, cuspidati emicant, in meditullio globulus stellatus, quinque cuspidibus inter apices interpositi, videtur; qui primordium fructus est; odoris gratissimi. *Florum Gemmæ* rotundæ, spadiceæ, villosæ, infra villosam tunicam virides; ex quibus hiantibus, capitulum spadiceum se exserit, instar serici fulgens; *Fructus* muscosi, oblongo rotundi, in quorum medio globulus oblongus, ex viridi albicans, continetur. *Nascitur* circa *Cranganoor*, *Mangatti* & aliis in locis, florens tempore pluviali. *Succus expressus* cum oleo Nucis Indicæ & pulverc Cumini coctus, ulcera *pinis* mitigat & sanat.

*Ana-párrua* L.

ମୁଳାକାଳ Mel.

ପ୍ରତିଶ୍ରୁତି  
جیع عرب.

ବେଦରଳେ Brin.





## A N A · P A R V A.

## T A B . X L.



*N a -Párva*; apud Bramannes *Benderli*; *Lu-*  
*sitanos Tolbas da lanca*; *Belgas Prangworte*, pro-  
 secunda specie *Tinda-parva* habetur, cuius de-  
 scriptio *Tomo primo* videri potest. *Radices* fibro-  
 sæ ex caulis inferioribus, super terram re-  
 pentibus hinc inde proveniunt. *Caules* rotun-  
 di virides, claviculas, quibus se arboribus affigunt, emitten-  
 tes. *Folia* quæ caulis & surculis insident, velut ex duobus  
 foliis difformibus, conformata sunt; quorum inferiora  
 loco petioli; superiora oblongo rotunda, in cuspidem  
 contracta, venulis obliquo & arcuato ductu versus  
 cuspidem striata; inferiora oblongo-angusta, anterius ubi  
 foliis superioribus annexa, nonnihil dilatata, ac in lon-  
 gum venis striata, texturâ solida, superficie plana, gla-  
 bra, viroris communis, saporis subamari & subastrin-  
 gentis. *Flores* nulli. *Fructus* hinc inde in caulis & sur-  
 culis ex origine foliorum, petiolis incurvis, brevibus,  
 crassiusculis ex rubicundo fuscis proveniunt; capitu-  
 la oblongo rotunda, paralellis lineis se mutuo inter-  
 secantia, striata, pluribus parvis gemmulis extuberanti-  
 bus, è quibus minuti cuspides emicant, interstincta;  
 colore primum albicante, dein viridecente; ultimo ru-  
 bro corallino ac parum nitente: infra fructus in petiolo  
 unicum & quidem minutum conspicitur folium, rotundum  
 ex rubicundo-obscurem, versus exteriora reflexum,  
 interiora contractum, quo fructus tener & albicans, ab  
 una parte obtigitur. *Semina* in fructibus numerosa,  
 velut semina piscium continentur, coloris subflavi, viridi  
 diluti.

diluti. Locus nativitatis est *Chanotti*, *Parou* & alia loca; semel quotannis fruget tempore pluvioso. Vires eadem cum *Tinda-Parva*. In febribus ardentibus & malignis adhibetur.


## T A B. X L.

In prima parte hujus horti pag. 88, *Ana* | toto cælo à se invicem differunt, quamvis nomi-  
*Parva* ut species *Tinda Parva*, mentio facta ne perenè convenient, id quod pluribus in locis  
 fuit; quæ hic plenissime describitur. Verum, in hoc opere videtur, & annotatum est.



TSJAN-





Fjordland Parrotia L.

des fl. Aut.



## TSJANGELAM-PARENDA.

T A B. X L I.



*Sjangelam-Parenda*; à Bramannibus *Mana*; à Lusitanis *Babosa Quinado*; à Belgis *Quylklim* nuncupatur. *Caules* quadrangulati, angulis acutis, ac lateribus planis, quorum duo adversa latiora sunt, geniculati, cortice viridi fusco & glabro, intus carnosí, carne humida, densa & viscosa, minimè lignosí, ex geniculis claviculas emittentes. *Folia*, quæ in geniculis caulum proveniunt, lata, anterius strictiora & obtusa ora, acutis subtilibusque cuspidibus eminentia, texturâ crassa, spissa, mollia, superficie leni & glabra, viroris in utraque parte saturi, ast in adversa fuscioris. *Costa* media duos emittit laterales, in recta & adversa parte eminentes, & plures minores diffundentes. *Rami* ex geniculis dependent, in surculos plures ramosos se divaricantes; ex viridi fuscí, rotundi, intus aquei & virides; siccati materiam nigerriam atramenti & carbonum instar in se continent. *Flores* parvi sunt, ut & *semina*. Nascitur circa *Coylen* & *Tuevantoor*, fruget tempore pluviali. *Folia* contrita aurium fuligines mundant; succus cum Cardamomo, Coriandro ac Gingibere sumtus, intestinorum flatus discutit.

T A B. X L I.


Planta hæc inter species repentes sedi numeranda est.

T A-

Perry 1882

Du - Willea Lee  
el hincas de la  
Walla Walla

and





## T A B . X L I I .

 *Rutex Pu-Valli*, à Bramannibus *Pallay*; à Lusitanis *Salique da Serre*; à Belgis *Slagblom* vocatur. *Rami* cortice cinereo, ligno albicante. *Folia* in petiolis brevioribus solitaria proveniunt, oblongo rotunda, anterius cuspidata, texturâ crassa ac solida, superficie plana & glabra, viroris in recta parte viridis & nitentis, in adversa surdi; odoris nullius, saporis valde acidi. *Costa* media, in adversa parte extuberans, obscura tractu venas emittit, folium intus subeuntes. *Flores* in communibus ac brevioribus petiolis plures hinc inde congregati videntur, suntque gemmæ parvæ, quibus apertis, tetrapetali sunt, obtuse cuspidati, nullius odoris. *Stamina* in iis quatuor cum suis apicibus. *Fructus* baccæ parvæ rotundæ, coloris sub ruffi, spiculo tenui & nigricante in vertice instructæ, carne intus succulenta ac dulci; in medio officium est valde durum & albicans, in illo unum, duo & saepius tria semina inveniuntur, dura, glabra, coloris ex ruffo-fusci ac nitentis. Natale solum est *Catour*, *Petravide* & alia loca; floret mense Januario. Nullius in medicina usus.

Du-pal-valli Linn.

دُو-پَالْ-فَالِي مَل.

دو پال والی انل.






*P U - P A L - V A L L I .*

## T A B. X L I I I.

**P**opal-Valli ; Bramannicè Pallay ; Lusitani-  
cè Fula da Mel ; Belgicè Koey-wortel. Ra-  
mi spadiceo muscosi, ligno duro, cortice  
laetico. Folia in pedunculis brevioribus, spa-  
diceis, gemina, decussato ordine prove-  
niunt, oblongo rotunda, anterius cuspidata,  
viroris in recta parte saturi, adversa clari. Flores racemati,  
in petiolis ex spadiceo rubescensibus, tenuibus, rotundis,  
qui supra exortum foliorum emicant, visuntur, penta-  
petali, parvi, candidi, interius lanuginosis pilis obsiti,  
in medio expunctati, circa orificium subvirescentes. Calix  
arctus, viridis, circa basim primordium fructus conti-  
nens. Fructus globuli lanuginosi, cinerei, exterius spi-  
culis acutis, quibus vestibus adhaerent, obsiti; (*Lappas*  
*nostratum esse diceres*) semen in se continent unum, figu-  
râ ovali, glabrum, durum, nigrum, admodum nitens.  
Globuli aperti odoris sunt suavis & mellei. Nascitur post  
*Cal Nolan* & aliis in locis, præfertim arenosis & petrosis.  
Floret tempore pluvii, semper virens. Vires adhucdum  
incognitæ.

## T A B. X L I I I.

Plantæ hujus sementem magnam habet similitudinem cum *Alcea Carpini Folio*, *semine rostrato*.



*Acacia-ralli* Lu.

ଅକାଶରାଳୀ Mal.

*Acacia-ralli*

ଆକାଶରାଳୀ Brem.

أَكَاسِرَالِيَّةُ Amb.



*A C A T S f A - V A L L I*

ceu

*M O D I L A T A L I .*

## T A B. XLIV.

**A***Catsja-Valli*; Bramannes dicunt *Medica-Tali*; Lusitani *Ramos das evi*; Nostrates *Meerwechewortel*. *Cauliculi* rotundi, tortuosi, valde tenues, lenti, super plantas lato tractu excurrentes, ramosque quos arripiunt ita adherentes & obsonientes ut visum ac accessum impedian. *Folia* in tenerioribus viridibus caulinulis rara ac sparsa, valde parva, ex viridi flavescentia, plura simul juncta insident. *Flores* in viridibus, rotundis, nonnihil tortuosis ac striatis petiolis, congregati seu spicati videntur, ad exortum brevibus foliolis succincti; hexapetali sunt, albicantes, quorum tres exteriores lati & cuspidati, interiores superne bicuspидati, odoris nullius. In medio *stylus* crassior, oblongus, cuspidatus; *stamina* sex quæ stylum interiorem in se complectuntur. *Fruktus* baccæ rotundæ, primum virides, exin albicantes, umbilico latiori, sex foliolis coronatis primò viridibus, post nigricantibus, sub tunica crassa exteriore globulum continentis; officulum in se continent rotundum, cortice tenuissimo, viridi, post nigricante, intus nucleo albo repletum: Natale solum est *Cochien* & multa alia loca; densa amat nemora. Integra planta cum gingibere exsiccato, & *Nirvala-Pulla* tosta, pulverisata & butyro mixta, inveterata ulcera mundificat. Cum oleo *Sergalin* capiti illita capillorum radices firmat; cum cortice *Arekeræ* & *Tijanglam-Parendi*, tosta, pulverisata & *Opio* mixta capitis ulceribus medetur; cum Cardamomo, lacte & oleo *Sergelim* ad liquidam consistentiam


Y

tiam

tiam redacta, capitis aestum tollit. Succus cum saccharo oculorum ardorem & suffusionem amovet; per se loco balnei adhibitus hemicraniam mitigat.

## T A B. X L I V.

Species haec est Cuscutæ, crescens supra arbores & plantas.



K A.



*Karca-Fjori-valli* Lec.

أَسْمَاعِيلْ مَل.

اللهامي بري

قُنْوَرْ لَهْجَانْ وَالْلَّهْيَ أَرَبَّ





## KĀRETA-TSJÖRI-VÄLLI.

## T A B. X L V.



áreta-*Tsjori-Välli*; linguâ Bramannum *Dou-Cerberi-Valli*; Lusitanorum *Uvas de Boy*; Belgarum *Wild Pimperlingen*. *Cauliculi* ex unâ parte ex fusco rubescunt. *Folia* numero tres, in petiolis ex adverso clavicularum sitis proveniunt, oblongo rotunda, cuspidata, medium majus est, lateralia minora, texturâ crassa, densa, viroris in recta parte fusci & nitentis. *Tsjori-Valli* folia esse dices, maximè enim cum illis conveniunt, sed oblongiora sunt, nec ferrata, ast in oris apicibus, quæ costularum transversarum sunt productiones, eminentia. *Flores* racemati in pedunculis viridibus & pa- rum nitentibus proveniunt; tetrapetali, interius cochleato-cavi, ex viridi albescentes, exterius rubescentes. *Stamina* habent quatuor, flavis apicibus nodulata: in me- dio *stylus* viridis, crassior ac depresso sese erigit. *Fructus* uvæ rotundæ, in medio vertex est, qui maturis fructibus decidit; in principio virides, post rubescentes, maturi nigricantes, carne intus viridi succulenta, lacinante, quæ officulum grandius rotundum ex rubro nigricans comple- ßitur, cuius nucleus candidus. *Sylvæ Trigolin*, *Catati* & alia loca pro natali solo habentur, semper frugens vel flo- rens. *Folia* siccata, pulverisata, zingibere sicco, vetusto pipere & faccharo commixta asthmaticis prosunt.

## T A B. X L V.

Summo jure planta hæc *Hedera Trifolia Baccifera* | omnes notæ characteristicæ convenient. *Malabarenfis* dici posset; mirum enim quantum |

MO.

*Modira-valli* L.

مَدِيرَةٌ مَالِيَّةٌ مَال.

مَدِيرَةٌ وَالْمَلِيَّةُ الْمَالِيَّةُ





## M O D I R A - V A L L I.

## T A B. X L V I.

**V** *Odira-Valli*; apud Bramannes *Caro-Crodi*; *Lusitanos Barba-Castilbano*; *Belgas Knevelklim*. *Rami*, teneriores virides, cortice spadiceo fufcescente, ligno albicante. *Folia* in surlulis transversis, spinis lignosis muniti, plura in arctis intervallis congregata proveniunt, longa, cuspide angusto eminentia, texturâ crassa, spissa, ac solida, superficie plana & glabra, viroris in recta parte nitentis, in adversa dilutioris; *Costa* media in adversa parte eminent, & plures tenuiores transversim emittit; tota hæc planta ad summam magnitudinem excrescit, arboribus se affigens atque illas circumvolvens. Nascitur circa *Atingen*, *Cota*, *Recare* & alia loca, arenosa amans; semper viret, sed florei nec fructus habet, ut & nullum in medicina usum..

Z

V A L L I



Valli-Madagasc. L.

Aug. 1858. M.

مکانیک



## V A L L I - M Ó D A G A M.

## T A B. XLVII.

**R**utex qui Malabarenibus *Válli-Módagam*; Bramannibus *Carotha-Talí*; Lusitanis *Folha da Pao*; Belgis *Oorblad* dicitur. *Rami* virides, geniculati, ligno albicante, medullâ ruffâ. *Folia* in geniculis geminata in pedunculis crassis sed brevioribus visuntur; ampla, oblonga, texturâ admodum crassa, carnosa, coriaccea, superficie plana, glabra; viroris in recta parte nitentis, in adversa surdi. *Cofla* media in adversa parte alte extuberat, in dorsum acutum desinens, tenuiter etiam in recta eminens, ex qua nervi annulares, obscuro tractu excurrunt. *Flores* ac *fructus* habet nulos. Nascitur circa *Parakaro*, *Mangatti*, & in aliis locis, semper virens. *Cortex* radicis cum cortice limonum in pulverem redactus, ulceribus, quæ Malabaribus *Tsjeu-Barapén* vocantur, cum successu perlinitur.

## T A B. XLVI. &amp; XLVII.

Folia harum hæderarum, optimè cum illa *Bela-Modagam* cónveniunt.

ME-



*M E R I A M - P U L L I.*

## T A B. XLVIII.



*Eriam-Pulli*; à Bramannibus *Bafil*; à Lusitanis *Folbal-Aredilha*; à Belgis *Smindelblad* vocatur; frutex est repens supra terram. *Caules* habet virides, glabros geniculatos intus aqueos & fragiles. *Folia* distinctis intervallis, in petiolis oblongis proveniunt, claviculis hinc inde comitata, oblonga, cuspidata, texturâ spissa, superficie glabra & lenia, viroris vividi & nitentis, circa ora rubescentia & apicibus cuspidatis munita; sapor acidus est & linguam vellicans, odor subgravis. *Coslam* medium albicanter, in adversa parte extuberantem, duæ laterales concomitantur, multis raris venulis interspersæ. *Flores* umbellati in petiolis, qui ad exortum foliorum è geniculis erumpunt, visuntur, tetra vel pentapetali, ex viridi albicantes. In medio *capitulum* habent planum & rotundum cum suo stylo roseo. *Stamina* quatuor sunt vel quinque, pro numero petalorum, albicanter, flavis apicibus instructa. *Florum Gemmæ* oblongæ, ex rubropurpureæ & viridescentes. *Fruetus* baccæ rotundæ fasciatim pendentes, glabrae, ex viridi rubrae; caro mollis, valde succulenta, ex viridi fusca, saporis subacidi, odoris gravis, ut folia *Mandaru*. *Ossiculum* quod continet, valde durum est, nonnihil rotundum, ex viridi-fuscum; nucleus albus. Nascitur circa *Warapoli* & in aliis locis, florens & frugens ad finem anni. Ex foliis balneum antiparaliticum conficitur. Eorundem & *Nelicæ* succus opthalmiam tollit.

*Neriam-pulli* L.

ନେରାମ ପୁଲ୍ଲି


Basil

ବୁଜା

ବୁଜାମୁହୁର୍ମ


Brun.

Trub.



*Padarobusta* seu  
*Mucorea-pata* seu  
*Padarobusta*

1830 Aug 1st  
1830 Oct 1st  
1830 Jan 1st





## P A D A - V A L L I;

ceu

P A D A - K E L E N G U.

## T A B. X L I X.




Rutex *Páda-Válli*; aut *Páda-Kelengu*; qui lingua Bramannum *Páda-Válli*, & *Muts-jega Pada*; Lusitanorum *Raiz de Camara* dicitur; à Belgis *Stoelwortel* vocatur. *Radix* longa, crassa, fibris terræ affixa; *cortex* fuscus est & amarus. *Caules* tenues, lignosi, virides, pilosi. *Folia* in pilosis & ad originem extuberantibus petiolis proveniunt, oblonga, triangularia, ad exortum latiora, in cuspidem unius duorumve pollicum extensa, texturâ densa & crassiuscula, superficie interiori scabra & subaspera, viroris communis, exteriori leni, admodum villosa, viroris vividi. *Costa* media plures alias emittit, in adversa parte eminentes. *Flores* admodum minuti, albicans, racematis supra ex origine foliorum producuntur. *Fructus* in racemis, acini sunt minores, primo oblongo-rotundi & parum compressi, dein rotundiores; *coloris* in principio viridi-diluti & minutis pilis obducti, postea candidi & nitentis, saporis subamari & parum pungentis; singuli acini officulum habent rotundum, planum, bilaterale, in unoquoque latere tribus ordinibus denticolorum minutorum obsitum; *officula* primum flava, postea fusca sine ullo nitorc *Paloerti*, *Cochien* & alia loca, pro natali solo agnoscit, floret mense Augusto, Septembri & Octobri; fructus circa finem anni ad maturitatem perducuntur, semper viret. *Radix* cum lacte èbutyrato & semine Cummini sumta disenteriæ & hæmorrhoidibus infervit; cum aqua calida flatus discutit. Succus foliorum expressus rubedinem oculorum solvit, & capitis dolores mitigat.

## T A B. X L I X.

Species est *Ryonice levis Malabaricensis*.

KAP.



Kapá-keléngü L.  
S. 23 Bot. S. 83 Mel.  
Cananga  
Kapá-keléngü  
Tig. ٦٣

Peru Tab. 50.



## K A P P A - K E L É N G U

ceu

B A T A T A S.


T A B. L.



*Appa-Keléngu*; Bramannicè *Cananga*; Lusitanicè *Batatas*; Belgicè *Pattates*, *Radix* multum fibrosa, magna, crassa, carne intus carnoſa, aquea, cortice sanguineo-rubro. *Caules* rotundi, virides, pilosí, asperi, intus aquei, cum filamento lignoso albicante. *Folia* in petiolis oblongis, rotundis, viridibus, fulcatis, pilosis, subasperis videntur, radiculis ad ortum stipata, cuspidata, circa basim angulatim excisa, tenuia, mollia, lenia; glabra, colore viridi saturo in recta, in adversa parte claro, sapore aqueo subdulci. *Cofia* media duas laterales obliquè spargit, è quibus aliæ exeunt, ad oras arctuatim inflexæ, in adversa parte eminentes. Excolitur hæc planta in horris & agris, radix enim culinaria est ut *Pastinacæ* nostratum, grata ac dulcis; in medicina nullius usus.

T A B. L.

Planta hæc est *Camote* Hispanorum Clusii, | ita describitur.  
Banh. Pin. & à Pisone sub nomine Brasiliano Ge-




*Paava Kelengu* Linn.  
పొవకెలెంగు లీన్ నెల్ల.

Karodi

कारोडी Dr.

يَارُودِيْهُ وَ قَارُوْدِيْهُ Arab.



Pl. 53

*Nervilia yunnanica* v.  
*strigosa yunnanica*  
*Ridder* Kellings L.

1935-36 No. 363 Mal.

Karadi

Malabar

Tech. Bot. Ind. and




*PÓDAVA-KELENGU.*

## T A B. L I. L I I.

**P**ódava Kelengu; secundum Bramannes *Karodi*; Lusitanos *Raiz da Bolja*; Belgicè *Beurswortel*. *Radix* ex pluribus crassis, ruffis, oblongis, spadiceo dilutis bulbis constat varicosis, quibus minores adjuncti sunt, carne intus albicante densa, linguam acriter vellicante. *Caules* rotundi, tortuosí, nodulati, spinis acutis, rigidis, cuspidatis, rubescensibus, transversis obsiti, versus interiora nonnihil reflexi, ex parte virides, ex parte rubescentes, cæruleo rore tinti. *Folia* in petiolis crassis, spinosis, viri dilutis, striatis, circa nodulos caulum extuberant, terna, oblonga, anterius cuspidate longiori eminentia, viridi saturata, pilosa lanugine vestita, ad tactum parum hirsuta. *Flores* in petiolis oblongis, crassioribus, spinosis, viridi fuscis, supra exortum foliorum erumpunt, hepta vel octo petali, stellatim cuspidati, viridi diluti, flocculosa lanugine obsiti, superne oblongis & tenuibus filamentis cuspidati, ac oblongis pilis barbati, odoris expertes, ut & fructuum. *Candanata*, *Warapoli* & alia loca pro natali solo agnoscit, florens tempore pluvioso. *Folia* cum *Coriandro* in aqua decocta præsentaneum pro algida febri sunt remedium.

## T A B. L I. L I I.

*Pódava-Kelengu* est *Rapum* Brasilicanum seu Americanum alterum *Bauh. Pin. lib. 3. sect. 1. Cara* dicit Piso lib. 4. cap. 64. Apud Lusitanos sub nomine *Ibnama* venit.



Panamboe  
Panamboe-wille L.  
monocarpic an.  
جبل طويق وادي وادي an.



*PANĀMBU-VĀLLI.*

## T A B. L III.



*Anāmbu-Valli*; à Bramannibus *Silona*; à Lusitanis *Ratao Falso*; vocatur; à Belgis *Wildē Rotting*. *Radix* nodosa, albicans, tenui corticula ruffa obducta, quæ fibras longas tegit & crassas, ex albo sub flavas; *Oculi* ad latera novos edunt caules, saporis sub aquei. *Ipsi Caules* rotundi, glabri ex viridi fusci, parum lignosi. *Folia* arundinacea, oblongo augusta, in cuspidiem oblongum valde crispofsum & intortum stricta, venis in longum striata, viror fuscus est & nitens, fuscor cum vetustiora sunt; *Mendoni* foliis prorsus similia, sed hæc parum fusciora. *Flores* in fastigiis cauliculorum racematis visuntur, primò albicantes, exin virescentes, petali rotundiores sunt, parum cuspidati, circa se mutuo convoluti: *Stylus* crassior, oblongus, viridis, qui germen fructus est, ex vertice tria oblonga alba foliola ejiciens; *Stamina* sex tenuissima, candida, oblongis, crassis, subflavis apicibus dotata; odor gratus. *Fructus* in cacumine caulum racematis pendent, suntque baccæ rotundæ, spiculum & cum illo folia sex in vertice gerentes, primum virides, post rubicundi; caro intus vix ullius momenti, non nihil succulenta, saporis subsalsi; officulum unicum in se continens, grandius, rotundum, nucleo albicante instruetum. Nascitur circa *Cranganoor*, *Parou* & alia loca, plerumque vel florens vel frugens. Vires apud Medicos ignotæ.

## T A B. L III.

Multæ species *Rotang* in India inveniuntur, | potest; *Bauh. Pin.* ascendens enim arundo est. haec pro genere *Arundinis Indica Volubilis* haberi |

Delma Peripu  
Peripu Lw.  
దల్మ లు  
ఎల్లు లు






## P I R I P U.

## T A B. L I V.

**P**RUTEX *Piripu*; apud Bramannes *Ogoranim*; Lusitanos *Erva Bendita*; Belgas *Peylkruid*. *Caules* rotundi, geniculati, internodiis foliis vestiti. *Folia* ex geniculis caulum proveniunt, in pedunculis ab interiori parte planis, oblongo rotunda sunt, cuspidata, circa oram crispata & leniter crenata, mollia, lenia, viroris in recta parte saturi; odoris nullius, saporis adstringentis. *Costa* media in tergo eminet. *Flores* umbellati videntur in geniculis caulum ad exortum foliorum, pentapetali, oblongo rotundi, candidi, quinque staminibus albicantibus instructi, quæ cæruleis apicibus donata. Odor nullus. *Florum Gemmæ* oblongæ, anterius strictiores, candidæ, nitentes. *Fruitus* gemmulæ sunt seminales, conicæ, valde duræ, coloris cinereo fusci; duo in illis semina, parva, rotunda, dura, nigra. *Colitur* circa *Pananie*, *Ainacoti* & in aliis locis; floret mense Decembri, multum æstimatus. *Succus* pro balneo præparatur contra herpetem & impetiginem. *Radix* alexipharmacæ est, præferim in aqua *Oryzæ* decocta, trita, & umbilico illita.



*Teucrium papale-vallii* L.

B. 2232. a 222 msl.

Van-vällan-välla

أَنْوَارُ الْمَدِينَةِ

جَوْفَهُ الْمَالِكِ

Echitox canescens L.



## TSJERIA-PU-PAL-VALLI

## T A B. L V.



*Sjeria-pu-pal-Valli*; Bramannes dicunt *Vanualla-Valli*; Lusitani *Fula Leuica*; nostrates *Sparling*. *Caules* corticem habent teneriorem, spadiceo-dilutum, mucosum ac villosum. *Folia* bina in nodulis ramorum erumpunt, oblongo rotunda, anterius cuspidata, tex- turâ crassa, spissa, folida, superficie lenia & glabra; viro- ris in rectâ parte nitentis, in adverâ levioris, pilis sparsim obsita. *Flores* racemati in summitate surculorum spectan- tur, pentapetali, oblongi, cuspidati, stelliformiter ex- pansi, exteriori parte candidi, interiori circa unam oram albantes; circa aliam ex albo dilute rubescentes, lactei, odoris grati. *Stylus* in medio conicus, cuspidatus, quin- que lignosis oblongis apicibus constans. *Fruktus* fert nul- los. Natale solum *Warapoli* est, arenosa amans ac semper florens. *Folia* cum sandalo citrino & cumino in aqua ma- cerata & melli permixta, febres ex articulari morbo ortas, tollit.

Tili-dáma L.

ତିଲଦାମ  
ତିଲଦାମ

Punár-gavá

ପୁନରଗଵା  
ପୁନରଗଵା

ଆଶେ ଝୁବ୍ରା And.






## T Á L U · D Á M A

## T A B . L V I .

 *alu-Dama; Bramannicē Punarnava; Lusitanicē Folbas do Pião; Belgicē Tras Wortel. Caules rotundi, rubelcentes, geniculati, nodosi. Folia rotundiora, crassa, ab una parte viridia, ab alia viridi clara; circa costas plicis striata, circa oram rubescentia. Flosculi supra exortum foliorum exstant, cyathi formes, persico rubri, in oris leviter crenati, in orificio interiori, purpurei. Stylus rubro purpureus, rubra gemmula dotatus. Siamina itidem purpureo rubra flavis, gemmis nodulata. Gemmae semifinales, oblongo rotundae, costulis quinque eminentes ac pilosae; semen in illis unicum, oblongum. Monan nativitatis locus est, floret tempore pluvioso, arenosa amans & petrosa. Decoctum hujus plantæ, febres ex endemicio morbo ortos, quem indigenæ Pião vocant, tollit. Radicis cortex cum cumino & fero lactis pro potu adhibitas alcum laxat.*

MEN.





## M E N D O N I.

## T A B . L V I I .



*Endoni*; à Bramannibus *Arty*; à Lusitanis *Raiz d'empope*; à Belgis *Croes steen* vocatur. *Radix* in duo dividitur brachia, longitudinem spithameæ adæquantia, nonnihil plana, unum tamen majus altero, cuticula tenui ruffa vestita; caro densa, albicans, subflava est. *Caulis* è radice exsurgit unus, hinc inde tres quatuorve caulinulos simul emittens, virides, tenues, ipse rigidus, minus durus, viridis, medulla aquæca, filamentis lignosis per-texta. *Folia* ad cymas caulinorum prodeunt, oblongo angusta, in cuspidem acutissimum desinentia, venis densis instructa; instar foliorum arundinis, striata, costulâ in adversa parte extuberante instructa, viroris communis ac vividi, saporis adstringentis. *Flores* in petiolis propriis proveniunt, rotundis, longis, surrectis, viridibus, hectapetali, oblongo angusti, cuspidati, vermiculatim in oris crispati, in adversam partem inflexi, texturâ densi, exterius costula eminentiæ instructi; coloris sunt speciosi, primo in totum ferme dilutè viridefcentes, solo cuspidi rubore aliquo perfuso, dein viroris inferius dilutioris, superius obscurè rubefcentes, post inferius flavescentes, superius colore miniato venusto tinti, quo demum etiam inferiori parte suffunduntur. *Stylus* in medio viridi-fuscus, oblongus, crassus, surrectus, trilateralis; in vertice *stamen* est unicum oblongum, trilaterale, in singulis lateribus sulco striatum, superne in tres cuspides divisum, circa basin sex staminibus longioribus comitatum, quæ primum viridi diluta, ex in flavefcentia, post rubefcentia, perinde ac in floribus vidimus, in cuspidi lingulas habent transversas, nonnihil nutantes, latas, planas, virides, duobus limbulis flavis circa oras obducta, flavo farinaceo rore conspersi. Florum *Gemmae* coniceæ 'ceu pyramidales; ob-

quinq[ue] costulas eminentes, quinq[ue] angulares esse dices, viroris fusci. Floribus deciduis remanet stylus, oblongas viridi fuscas **constituens** capsulas semifinales, quæ ad digitii longitudinem ex crescunt, trilaterales, laxo cortice in tres oblongos loculos divisas. Seminibus maturis se relaxant, interius futura striati, quæ tandem etiam præ siccitate solvit. *Semina* dupli c serie in hisce loculis inveniuntur, rotunda, primò albicantia, dein rubra & nittentia. Nascitur circa *Cochien* & in aliis locis; sed propter floris venustratem etiam in hortis excolitur, plerumque pene florens. Indigenæ isti radicis parti, quæ ad Boream vergit, magnam vim adscribunt in sympathia, magia, & aliis Metaphysicis operationibus. Fructus alioquin radici adnatus luxuriantem ulcerum carnem impedit; cum olio *Sergelim* & haustus & pudendis applicatus hujus pulvis, partum facit facilem.

## T A B . L V I I .

Planta hæc ex Ceylon transmissa est sub nomine *Niaugala*, & anno precedenti 1686, in horto Nobillissimi ac Clarissimi Domini *Gaspars Fagel*, floruit. Doctissimus D<sup>o</sup>: *Paulus Hermans*, in celeberrimma Leydenium Academensiæ Botanices Professor, nominat *Lilium superbum Ceylanicum*.

VEET.



*Nicella-caita* L.

ନିଳାକାତା


Mel.

ନିଳାକାତା

Narlagendo

କାଲାଗୁଡ଼ି

Brun.





## V E E T L A - C A I T U.

## T A B. LVIII.



*Eetla-Caitu*; apud Bramannes *Narla Gondo*; Lusitanos *Marchato*; Belgas *Himpblad*. *Ran-*  
*dix* fibrofa, tenuis, albicans. *Caules* in no-  
dulos seu geniculos divisi, rotundi, virides,  
rubescentes, pilosi, venosi, è nodulis cau-  
liculos ejicientes. *Folia* quæ caules in no-  
dis investiunt, oblongo rotunda, inferius lata, anterius  
in cuspidem desinentia, viroris in recta parte fusci, in ad-  
versa non item, in ea tamen costa eminet, nullius saporis.  
*Flores* simul in cacumine caulium proveniunt, parvi, cæ-  
rulei, hexta petali, quorum tres oblongo rotundi, interius  
concavi, ex petiolo transversim exeuntes. *Stamina* ha-  
bent sex, flava, quorum duo apicibus cæruleis, reliqui  
subflavis dotati sunt; stylus in illorum medio emicat, vi-  
ridi dilutus, globulo instructus. Post flores *Gemmæ semi-*  
*nales* oblongæ visuntur, trilaterales & rotundæ; in uno  
quoque latere in longum striatæ, primò albantes & ni-  
tentes, exin flavescentes. *Semina* continent sex, duo  
intra singula, in longum jacentia, parva, oblonga, in  
principio viridia, tum candida, tandem ex rubro fusca;  
saporis nullius. Natale solum est *Cochien* & alia loca, sem-  
per virens & per terram rependo cum flore & fructibus,  
ulterius se extendens. Medici usum ignorant.



Pongolam Linn.  
పొగోలామ్ లిన్  
پونگولام سین



## P O N G O L A M.

## T A B. L I X.

**P**ongam; Bramannes dicunt Sammana; Lusitani Raiz da Mostarda; Belgæ Kerswortel. Rami cinerei. Folia viridia sunt, oblongo angulta, cuspidata, in oris acutis denticulis crenata, rigida, plana, glabra, viroris fusci; præter costam medium nervulos habent transversos, annulatim in se invicem incidentes; saporis ejusdem ut *Tblaspi* alterum, ceu *Raphanus* major; belgæ dicunt *Myredik*. Floret nec fruget. Circa *Mangatti* invenitur, & in paucis aliis locis, arenosa amans. Usus hujus plantæ in medicina magnus est, calefacit enim, exsiccat, discutit omnia vitia ex frigore orta, ut & humores pituitos ac febres.



F f

I N:



# I N D E X.

*Prior numerus Tabulam, posterior paginam indicat.*

A.	P.
<b>C</b> atsja-Valli, seu Mudila Tali. 44-83.	<b>P</b> Ada-Valli vel Pada Kelengu. 49-93.
<b>A</b> mòlago. 16-31.	Pada-Vara. 27-51.
<b>A</b> na-Párva. 40-75 44-83	Panambu-Valli. 53-99.
	Pee-Amerdu. 19. 20-37.
	Pee-Ula. 23-43.
	Piripu. 54-101.
<b>B</b> Asella.	Podava-Kelengu. 51. 52-97.
Batta-Valli, vel Natsjam Crua.	Pongolam. 58-109.
Beetla-Codi.	Pu-Pal-Valli. 43-81.
Belutta-Tsjori-Valli.	Pu-Valli. 42-79.
<b>C</b> ari-Villandi.	
Cattu-Molago.	<b>S</b> chembra-Valli. 6-11.
Cattu-Tirpalı.	Scheru-Valli-Caniram, vel
Cit-Amerdu.	21-39 Sjerou-Valli-Kansjeram.
Curigi-Taly.	26-49 Scheru-Katu-Valli, Caniram, vel,
Curinil, vel Curignil.	25-47 Tsjeru-Katu-Valli-Kansjeram. 5-9.
	Schunambu-Valli. 11-21.
<b>E</b> Kima-Taly.	
	<b>T</b> Alu-Dama. 56-105.
	Tjageri-Nurem. 33-63.
<b>I</b> Tti-Canni.	Tjori-Valli. 9-17.
	Tiri-Itti-Canni. 30-57.
	Tsjangelam-Parenda. 41-77.
	Tsjera-Pu-Pal-Valli. 55-102.
	Tsjereu-Caniram, vel
<b>K</b> Appa-Kelengu, vel Batatas.	45-85 Tsjerou-Cansjeram. 2-3.
Kareta-Tsjori-Valli.	
Katsji-Kelengu	
Kattu-Katsjil.	38-71
Kattu-Kelangu.	36-69
Katu-Kara-Walli.	37-71
Katu-Nuren-Kelengu.	17-33
	<b>U</b> La. 22-41.
	Unjala. 28-53.
<b>M</b> Endoni.	
Meriam-Pulli.	<b>V</b> alli-Caniram. 3-5.
Modira-Valli.	Valli-Kara. 18-35.
Molago-Codi.	Valli-Modagam. 47-89.
	Vallia-Pira-Pitica. 7-13.
<b>N</b> Atsjam-Crua, vel Batta-Valli,	Vallia-Tsjori-Valli. 8-15.
Nurem-Kelengu.	Veetla-Caitu. 38-109.
<b>W</b> Attou-Valli.	
	32-61.



00056339

Digitized with financial assistance from the  
Government of Maharashtra  
on 15 June, 2016

